


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

3239/A

A x o . 2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

52704

SENTENTIAE OMNES

ac uerba, quæ in diuini Hippocratis aphorismis continentur, iam recens & accurate in nouum ordinem alphabeticumque digesta, ut quæuis in ipsis commemorata nũc facilius & celeriusquã antea inueniri queant, ut ita medicinæ studiosis maiori nimirum, quàm prius, usui futura sint.

Serenißimo, illustrißimoque Venetiarum principi FRANCISCO VENERIO *dicata.*

Auctoribus ac interpretibus fidißimis, Bartholomæo & Petro Rostiniis doctoribus physicis.

Apposititia uerba, nempe ad maiorem clarioremq; ipsius auctoris expositionem, hoc signo ( ) intercludentur.

Cum Gratia & Priuilegio.

NVLLA SINE LABORE



EST VIRTVS.

VENETIIS M D LV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

SERENISSIMO, ILLVSTRISsimoque Venetiarum principi Frãcisco Venerio, Petrus Rostinius Salutem.



QVO'D Hippocrates ille Gous medicinæ parẽs ſit,& maximæ auctoritatis ac maieſtatis ſcriptor,Plato de ipſo copioſe teſtatum in Phædro reliquit. Quòd ubique omnia uerisſime conſcripſerit, Galenus pluribus in locis aſſerit.iam & ipſe cæterique uenerandæ uetuſtatis auctores ſcriptoresq; recentes, Hippocratem quanti fecerint, omnibus planè conſtat. At uero Hippocratem,eſſe talem rei medicæ auctorẽ, ut ſine ipſo res medica integre nequeat conſiſtere,& ego aliàs dixi, & nunc aſſeuerãter affirmo.nam Galenus totus omnem ſuam doctrinam,ut ad amusſim, ad Hippocratem direxit.iam & idem merito facere uoluerunt optimi quiq; philoſophi ac medici & ante & poſt Galenum, ut ineptisſimos & imperitisſimos dixerint, qui unquam ab Hippocrate deſci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

uerunt, quorum non paucos Galenus reuellit exploditq;. Hic sane liber omnium in hac professione pulcherrimus, aphorismi scilicet, sunt prora puppisq; ad medicinam. Verum ego cum diu considerassem, hosce aphorismos sine ullo ferè ordine a descriptoribus ut inquit Galenus & maleuolis positos: exempli gratia duo tres ue aphorismi de morbo quopiam uel re alia pronunciant, & statim relicta ea re uel morbo, uidetur auctor ad aliam rem transferri, & in aliis sectionibus postea ad primam reuerti, præterea modo ad unam, modo ad aliam inordinatim traduci: uolui ego studiosorum utilitati consulere: & sententias omnes ac uerba quæ in diui Hippocratis aphorismis insunt, in pulcherrimum ordinem & ἀλφαβητικὸν digessi, ut quæuis in ipsis commemorata nunc felicius, facilius & celerius quàm antea, inueniri queant, ut sic maiori quàm prius usui futura sint omnibus. item uerba omnia quæ adiunxi pro dilucidiori ipsius auctoris expositione, ne auctoris uiderentur, intra duas παρενθέσεις interclusi. cum præ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

terea animaduerterem aphorismos parum fideliter ab aliis translatos in latinam linguam, in unum contuli non certe pauca græcorum exemplaria, ut ex iis meliorem, sanctiorem, laudabiliorem eli cerem lectionem. in quo onere subeundo nil a nobis fratribus medicis omissũ aut negligenter præteritum. id quod lubenti egimus animo: nam Hippocrates, omnium etiam aduersariorum suorum testimonio, artẽ medicam sincerissime et absolutissime tradidit. exhibuimusque omnibus occasionem, ut illũ nobis semper imitandum proponamus, & isto ordine semper habeamus in ore, ut nimirum ex hoc ceu limpidissimo fonte medicinæ præcepta hauriamus, & non temere (ut solet) Arabum turbidos φιλίατροι consectentur riuulos. Scio humanitatẽ tuã Serenissime Princeps licet in grauissimis occupationibus leuiora non aspernari, summa si quidem natus humanitate, suauissimis optimisq; moribus, & tua clementia & animi lenitate sic omnia piis, iustis, optimis legibus prudenter moderaris, ut te merito omnes mirifice

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

colant,uenerentur,obſeruent. omnia toto tuo imperio & ditione ea tranquillitate adminiſtrantur, leges tam pie & ſancte ſeruantur,literarum apud te uigent ſtudia,philoſophiæ genus omne ac theologia ita excolitur,ut placidisſima per te omnes fruamur pace .& tãtarum rerum adminiſtratione omnes iure in te uno ut dixi, probitatem , uigilantiam , prudentiam ſingularem ,& omnium deniq; uirtutum cumulum admirantur & ſuſpiciunt. Sed ne longius me prouehat oratio ,peto abſte pro incredibili tua erga omnes qui literas profitentur uolũtate, ne grauere meos qualeſcunq; ſunt laborum fructus,uirtutum tuarum ſplendore defendere,& me, tibi fidisſimum ſeruum,tegere ac tueri,& ita ad maiora tuo nomini conſecranda nos extimulabis .te ſoſpitem & incolumem oro centenniũ cõſeruet deus.Vale felicisſime Princeps.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

SENTENTIAE OMNES AC VERba, quæ in Aphorismis Hippocratis diui continentur, in ordinem alphabeticum recens & accurate digesta; ut ita omnibus Medicinæ studiosis maiori, quàm prius, usui futura sint.

Auctoribus, & interpretibus Bartholomeo & Petro Rostinijs, doctoribus medicis.

Numerorum, qui aphorismis omnibus præponuntur, primus aphorismorum sectionem seu partem, alter uero aphorismi citationem notat.

ABORTIO.

5.31 Mulier grauida sanguine misso ABORTIT, idq; magis, si maior sit foetus.

5.34 Mulieri grauidæ aluus nimis fluens ABORTIENDI periculum (est).

5.37 Mulieri grauidæ si mammæ repente graciles factæ fuerint, ABORTIT.

5.38 Mulieri grauidæ si altera mamma extenuata fuerit geminos ferenti, alterum ABORTIT: & siquidem dextra extenuata fuerit, marem; si uero sinistra, fœminam.

5.44 Quæcunq; (mulieres) præter naturam tenues uterum gerunt, ABORTIVNT bimestres, priusquam crassescant:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.45 *Quæcunque mediocrem habitum corporis habentes* ABORTIVNT *bimestres aut trimestres sine causa manifesta, ijs uteri acetabula mucore plena sunt, & non possunt sustinere præ grauitate fœtum, sed abrumpitur.*

5.53 *Quæcunque* ABORTVM *facturæ sunt ijs mammæ tenues fiunt: at si duræ factæ fuerint, dolor erit uel in mammis uel in coxis uel in genibus uel in oculis, & non* ABORTIENT.

5.55 *Quæ grauidæ à febribus corripiuntur, et uehementer extenuantur sine causa manifesta, (eæ) ægre & periculose pariunt, aut* ABORTIENTES *periclitantur.*

7.27 *Mulieri grauidæ tenesmus si superuenerit, (eam)* ABORTIRE *facit.*

ABSCEDO.

6.45 *Vlcera quæcunque annua fiunt aut longiore tempore durant, necesse est (in ijs) os* ABSCEDERE, *& cicatrices cauas fieri.*

ABSCESSVS.

4.31 *Laßis in febribus, circa articulos & maxillas præcipue,* ABSCESSVS *fiunt.*

4.32 *Quibus conualescentibus è morbis, pars aliqua laborauerit, illic* ABSCESSVS *fiunt.*

4.51 *In febribus* ABSCESSVS, *qui in primis iudicationibus non liberant, longitudinem morbi significant.*

4.74 *Quibus spes est in articulis fore* ABSCESSVM, *liberat ab* ABSCESSV *urina multa,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

crassa, & alba facta, ut in laboriosis febribus quarto die incipit quibusdam fieri: si uero & ex naribus fluxerit sanguis, breui ad modum soluitur.

7.36 ABSCESSVS exterior,) (interior. L. Nephritici.

ACCESSIONES.

1.11 In ACCESSIONIBVS (à cibo) abstinere oportet: siquidem (cibum) offerre nocet, & quicunq, (morbi) per circuitus ACCESSIONES habent, in ACCESSIONIBVS (à cibo) abstinere oportet.

1.12 ACCESSIONES uero & constitutiones, declarabunt morbi & anni tẽpora, & circuituum inter se incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per longius tẽpus fiant. sed & ex ijs quæ mox apparent ut in pleuriticis sputum si statim appareat incipiente (morbo) (ipsum) breuem facit: si uero postea appareat, longum. urinæ etiam & alui excrementa et sudores ubi superuenerint, declarant morbos (fore) & difficilis & facilis iudicij, & breues & longos.

1.19 Iis qui in circuitibus ACCESSIONES habent, nihil (oportet) dare, neque cogere, sed subtrahere ijs quæ offeruntur ante iudicationem.

4.30 Quibus ACCESSIONES fiunt, qua hora febris (eos) dimiserit, si eadem hora ipsos occupauerit, difficilis (sunt) iudicij.

ACIDVS, A, VM.

6.33 Qui ACIDVM ructum habent, non ad modum pleuritici fiunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ACVTVS, A, VM.

1.24 In ACVTIS morbis raro & in principijs, medicamentis purgantibus utendum (est); & hoc faciendum præmisso diligenti iudicio.

2.19 ACVTORVM morborum non omnino tutæ (sunt) prædictiones neque salutis neque mortis.

2.23 ACVTI morbi in 14 diebus iudicantur.

4.10 Vtendum medicinis purgantibus in ualde ACVTIS morbis, si (materia) turget, eadem die; cunctari enim in talibus malum.

5.30 Mulierem grauidam ACVTO morbo corripi, letale.

6.54 In ACVTIS morbis qui cum febes existunt, luctuosæ respirationes, malum.

7.1 In ACVTIS morbis frigiditas extremarum partium, malum.

7.32 Quibus biliosæ (sunt nunc) subsidentiæ, quæ prius (fuerunt) tenues, ACVTVM morbum significant.

AEGRITVDO.

2.31 Eius qui post AEGRITVDINEM bene cibatur corpus, nihil augeri, malum.

AESTAS.

1.18 AESTATE & autumno (ægri) cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, uere secundo loco.

2.25 AESTIVAE quartanæ magna ex parte fiunt breues, autumnales uero longæ, præsertim quæ hyemem attingunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

3.6 Quando AESTAS fuerit ueri similis. sudores in febribus expectare oportet.

3.13 Si AESTAS sicca & aquilonia fuerit, autumnus autem pluuius & australis, dolores capitis hyeme fiunt, & tußes & raucitates & grauedines; quibusdam etiam phthises.

3.18 AESTATE uero & autumno aliquantisper senes (optime degunt.) &c.

3.21 AESTATE autem aliqui (morbi) etiam ex ijs, (uernis uidelicet) & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ et uomitus, et diarrhœæ, & ophthalmiæ, & aurium dolores, & oris ulcerationes, & genitalium putredines, & sudamina (accidunt).

AESTVS.

7.13 Post AESTVS uehementes conuulsio aut distentio malum.

AETAS.

3.3 AETATES quædam ad tempora & loca & uictus (bene aut male se habent.)

3.24 In AETATIBVS talia contingunt &c. L. PVERI, PVERVLI, IVVENES, SENES.

3.30 Iis qui hanc AETATEM (idest iuuentutem) exceßerint, asthmata, pleuritides, peripneumoniæ lethargi, phrenitides, (febres) ardẽtes, diarrhœæ lõgæ, choleræ, dissenteriæ. liẽteriæ, hæmorrhoides (accidũt).

6.57 Apoplectici maxime fiunt AETATE ab annis quadraginta usque ad sexaginta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

1.12 (Alui) excrementa &c.

2.14 In ALVI profluuijs mutationes excrementorum iuuant, nisi in praua commutentur.

1.20 Quibus iuuenibus ALVI humidæ sunt, ijs senescentibus siccãtur: quibus item iuuenibus ALVI sunt siccæ, ijs senescentibus humectantur.

2.53 Qui ALVOS humidas habent, (ij, quàm diu sunt) iuuenes, melius degunt siccas habentibus: in senectute autem peius degunt; siccantur enim magna ex parte senescentibus.

4.12. Quibus ALVI lienteria uexantur, (eos) hyeme per superiora purgare malum (est).

4.27 Quibus in febribus sanguis alicunde large eruperit, ijs, cum reficiuntur, ALVI humectantur.

4.60 ALVVS exturbata soluit morbum.

5.34 Mulieri grauidæ si ALVVS nimis fluxerit, periculum est ne abortiat.

AMARVS, A, VM.

4.17 AMARVM os, medicamento per superiora purgante indigere significat.

ANGINA.

5.10 Qui ANGINAM effugiunt, ad pulmonem ijs (malum) uertitur, et in septem diebus pereunt: si uero hos effugerint, empyi fiunt.

6.37 Ei qui ab ANGINA corripitur, si tumor factus fuerit in collo, bonum (est). L. STRANGVLATIO.

7.49 Ei qui ab ANGINA corripitur, si tumor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

& rubor in pectore superuenerint, bonū: extra enim uertitur ægritudo.

ANNVS.

3.15 In ANNI autem constitutionibus &c. L. SICCITATES. L. VER, AESTAS, AVTVMNVS, HYEMS.

3.18 Per (ANNI autem) tempora, uere quidem & prima æstate pueri & qui eos ætate sequuntur, optime degunt, & ualent maxime: æstate uero & autumno aliquantisper senes: reliquo autem tempore hyemis (uidelicet), qui inter has ætates (id est) adolescentiam & senectutem, (sunt) medii.

6.45 Vlcera ANNVA. L. Vlcera.

ANXIETVDO.

7.56 ANXIETVDINEM, oscitationem, horrorem, uinum æquale æquali (aquæ mixtum) si bibatur, soluit morbum.

APOPLEXIA.

2.42 Soluere APOPLEXIAM fortem impoßibile (est), imbecillam uero non facile.

6.56 Corporis APOPLEXIAM &c.

6.57 APOPLECTICI maxime fient ætate ab nimis quadraginta usque ad sexaginta.

7.40 Si lingua repente infirma facta fuerit, aut APOPLECTICA facta fuerit aliqua pars corporis, melancholicum tale est.

APOSTEMA .L. ABSCESSVS.

AQVA calida & aqua frigida. L. CALIDA. L. FRIGIDA.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.26 AQVA quæ cito calescit, & cito frigescit leuißima est.

7.42 Si febris non ex bile nata sit AQVA multa & calida capiti superfusa, solutio febris fit.

7.55 Quibus hepar AQVA repletum in omentum eruperit, iis uenter AQVA impletur, & moriuntur.

AQVILONIVS, A, VM.

3.5 Si uero AQVILONIA fuerit (constitutio,) tussos, fauces (asperæ), alui duræ, dysuriæ, horrores, dolores costarum & pectoris (fiunt) quando ta præualeat tempestas, talia in ægritudinibus expectare oportet.

3.17 AQVILONIAE autem constitutiones quæ quotidie fiunt, corpora cogunt, & robusta & facile mobilia, & bene colorata, & melius audientia efficiunt, & aluos siccant, & oculos mordent; & si circa thoracem dolor aliquis præcedit, magis laborant.

ARDENS.

6.26 Quibus in ARDENTIBVS (febribus) tremores euenerint, ijs delirium succedit. L. febris.

AROMATA.

5.28 Muliebria ducit suffitus AROMATVM. sæpe uero & ad alia utilis esset, nisi capitis grauitatem induceret.

ARS.

1.1 Vita breuis, ARS longa.

ARTICVLORVM DOLORES.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.44 Quibus (sunt) febres longæ, ijs aut tubercula, aut in ARTICVLIS dolores fiunt.

4.45 Quibus tubercula uel dolores in ARTICVLIS post febres longas fiunt, ij pluribus cibis utuntur.

4.74 Quibus spes est in ARTICVLIS fore abscessum. L. ABSCESSVS.

5.15 ARTICVLORVM tumores & dolores sine ulcere & podagricos etiam & conuulsiones, horum plurima, (aqua) multa frigida superfusa & mitigat & tenuat & dolorem soluit, torpor enim mediocris, dolorem soluendi uim habet.

1.1 ASSIDENTES &c.

ASSVETVS, A, VM.

2.49 ASSVETI solitos labores ferre, & si sint imbecilles aut senes, non assuetis fortibusq; & iuuenibus facilius ferunt.

2.50 Longo tempore ASSVETA etiam si deteriora sint, minus quàm insueta infestare consueuerunt: oportet itaque etiam ad insueta transire.

ASTHMA.

6.46 Qui gibbi ex ASTMATE aut tußi fiũt ante pubertatem, moriuntur (cito).

AVRES.

4.60 Quibus in febribus AVRES obsurduerint, ijs sanguis ex naribus fluens aut aluus turbata morbum soluit.

AVSTRI.

ATHLETAE. L. GIMNASTICI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

3.5 AVSTRI auditum hebetant, caliginem (oculis) obducunt, capitis grauitatem efficiunt, pigros & languidos reddunt: quando ita præualeat tempestas, talia in ægritudinibus patiuntur. si uero aquilonia fuerit (constitutio), tusses, fauces (asperæ) alui duræ, dysuriæ, horrores, dolores costarum & pectoris (fiunt): quando ita præualeat tempestas, talia in ægritudinibus expectare oportet.

3.17 AVSTRALES autem (constitutiones) languida reddunt corpora & humectant, & grauitates auditus, & capitis, & uertiginem efficiunt, in oculis autem & corporibus difficilem motum exhibent, & aluos humectant.

AVTVMNVS.

2.25 Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues fiunt, AVTVMNALES uero longæ, præsertim quæ hyemem attingunt.

3.9 AVTVMNO morbi acutissimi atque exitiosissimi omnino (fiunt): uer autem saluberrimum & minime exitiale.

3.10 AVTVMNVS phthisicis malus.

3.13 Si æstas sicca & aquilonia fuerit, AVTVMNVS uero pluuius & austrinus, dolores capitis hyeme fiunt, & tusses, & raucitates, & grauedines, quibusdam uero etiam phthisi.

3.14 Si uero (AVTVMNVS) aquilonius fuerit & siccus, iis qui natura humidi sunt & mulieribus confert: reliquis uero ophthalmiæ siccæ aderunt & febres acutæ & longæ, quibusdam uero etiam mela-

lan-

ancholiæ.

3.18. Aestate & AVTVMNO aliquantisper senes (optime degunt). &c.

3.22 AVTVMNO autem & plurimi æstiui morbi (fiunt), & febres quartanæ & erraticæ, & lienes (magni), & hydropes, & phthisices, & stranguriæ, & lienteriæ, & dysenteriæ, & ischiades, & anginæ, & asthmata, & illei, & epilepsiæ, & maniæ, & melancholiæ.

6.55 Podagrici morbi uere & AVTVMNO magna ex parte mouentur.

BALBI.

6.32 BALBI à diarrhœa longa maxime capiuntur.

BIBO.

5.27 Quibus noctu BIBENDI appetitus (adsunt), ijs ualde sitientibus, si obdormierint, bonum.

BILIS ATRA.

4.22 Morbis quibuslibet incipientibus si BILIS ATRA uel supra uel infra exierit, letale (est).

4.23 Quibus ex morbis acutis aut ex longis, aut ex uulneribus, aut quouis alio modo extenuatis BILIS ATRA aut qualis sanguis niger descenderit, postridie moriuntur.

4.24 Dysenteria si ab ATRA BILE inceperit, letalis (est).

BILIS FLAVA.

4.28 Quibus BILIOSAE deiectiones (sunt), ijs surditate superueniente desinunt: & quibus (est)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ſurditas, iјs ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus deſinit.

5.72 BILE FLAVA abundantes, non admodum ſunt flatuoſi.

6.50 Quibus cerebrum diſciſſum fuerit, iјs neceſſe eſt febrem & BILIS uomitum ſuperuenire.

7.32 Quibus uero BILIOSAE (in urinis nunc ſunt) ſubſidentiæ, quæ prius tenues (fuerunt), acutam ægritudinem ſignificant.

BVBONES.

4.55 In BVBONIBVS febres omnes malæ, præter diarias.

BVLLAE.

7.34 Quibus in urinis ſuperſtant BVLLAE, renales affectus ſignificant & longam ægritudinem futuram.

CAECITAS.

6.56 In melancholicis morbis ad has partes decubitus (ſunt) periculoſi: aut apoplexiam corporis aut conuulſionem, aut maniam aut CAECITATEM ſignificant.

CALIDVS, A, VM.

5.16 (Aqua) CALIDA hæc nocumenta affert iis qui ea ſæpe utuntur, carnium effeminationem, neruorum incontinentiam, mentis torporem, ſanguinis eruptiones, animi defectus. hæc quibus, mors.

5.22 (Aqua) CALIDA cum ſuppurandi uim habeat, non in omni ulcere maximum (eſt) ſecuritatis indicium: cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat, rigo=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

res, conuulsiones, distentiones mitigat: capitisq; grauitatem soluit: plurimum autem & ante omnia cõfert oßibus fractis sed præsertim denudatis, præterea iis maxime qui in capite ulcera habent, & iis partibus quæcunque præ frigore moriuntur, aut ulcerantur, & herpetibus exedentibus sedi, pudendo, utero, uesicæ. His calida (est) amica & iudicans, frigida uero inimica & interiment.

CALOR.

1.14 Quæ crescunt (corpora) plurimum habent CALORIS innati: plurimo igitur egent alimento; alioqui corpus absumitur, senibus uero paucus (inest) CALOR: propterea paucis alimentis egent; a multis enim extinguitur: quare etiam febres senibus non similiter acutæ fiunt, frigidum enim (est corũ) corpus.

4.39 Et ubi in corpore CALOR aut frigus (est) ibi morbus (est).

5.21 Aliquando in distentione sine ulcere iuueni, mediocri temperatura prædito æstate media frigidæ multæ perfusio, reuocationem CALORIS facit: CALOR aũt hæc liberat. CALVVS, A, VM.

6.28 Eunuchi podagra non laborant neque CALVI fiunt.

CANCER.

6.38 Quibus occulti CANCRI fiunt, eos non curare melius (est): qui enim curantur, pereunt celeriter; qui uero non curantur, longo tempore durant.

CANIS.

4.5 Sub CANE & ante CANEM difficilia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ſunt purgantia medicamenta.

CAPILLI.

4.76 Quibus in urina craſſa exiſtente carunculæ exiguæ aut ueluti CAPILLI unà exeunt, iis à renibus excernuntur.

6.34 Quibus CAPILLI defluxerunt iis uarices magni non fiunt: quibus uero CAPILLIS defluxis uarices ſucceſſerint, denuo iis CAPILLI naſcuntur.

CAPVT.

4.70. Quibus in febribus urinæ perturbatæ ſunt ueluti iumentorum, iis CAPITIS dolores uel adſunt uel aderunt.

5.28 Muliebres purgationes educit ſuffitus aromatum. ſæpe uero ad alia etiam utilis eſſet, niſi CAPITIS grauitatem induceret.

5.64 Lac dare iis quibus CAPVT dolet, malum. &c.

5.68 Si, ei cui pars CAPITIS poſterior doleat, recta in fronte uena ſecta fuerit, prodeſt.

6.10 Ei qui CAPITE laborat & multum dolet, ſi pus aut aqua, aut ſanguis fluxerit per nares, aut per os, aut per aures ſoluit morbum.

6.51 Quibus ſanis dolores in CAPITE repente fiunt, & ſtatim abmuteſcunt, & ſtertunt, moriuntur in ſeptem diebus, niſi febris (eos) inuaſerit.

7.14 Poſt ictum CAPITIS ſtupor aut deſipientia, malum:

7.30 Quibus ſpumoſa excrementa in diarrhœis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

(sunt), iis à CAPITE phlegma defluit.

CARNOSVM

4.7 Ad uomitum difficiles & mediocriter CARNOSOS purgare (conuenit), cauentes æstatem.

CARO.

7.2 Super osse ægrotante CARO liuida malum.

7.59. Corpibus humidas CARNES habentibus famē adhibere oportet: fames enim siccat corpora.

CARVNCVLA

4.76 Quibus in urina crassa existente CARVNCVLAE exiguæ aut ueluti capilli unā exeunt, iis à renibus excernuntur.

6.28 CASTRATI. L. EVNVCHI.

CATARRHVS.

7.38 CATARRHI in superiorem uentrē (id est thoracem) suppurantur in diebus uiginti.

CEREBRVM.

6.18 CEREBRVM (discissum) &c. letale.

6.50 Quibuscunque CEREBRVM discissum fuerit, iis nucesse est febrē & bilis uomitū succedere.

7.50 Quibus corrumpi inceperit CEREBRVM, in tribus diebus moriuntur: si uero hos euaserint, sani fiunt.

7.58 Quibuscunque CEREBRVM ex aliqua causa concussum fuerit, necesse est eos mutos repente fieri.

CHARTILAGO.

6.19 Cum os discissum fuerit, aut CHAROILAGO, aut neruus, aut malæ tenuis particula, aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

præputium, neque augetur neque coalescit.

7.58 Quodcunque os, aut CHARTILAGO, aut neruus, discissus fuerit, neque augetur neque coalescit.

CIBVS. L. VICTVS.

1.18 Aestate & autumno CIBOS difficillime ferunt (ægri), hyeme facillime, uere secundo loco.

2.8 Siquis post morbum CIBVM capiens non corroboratur, significat pluri CIBO corpus uti: si uero CIBVM non capiente id accidat, sciendum est, quòd uacuatione indigeat.

2.11 Facilius est impleri potu quàm CIBO.

2.17 Vbi CIBVS magis præter naturam ingestus est, is morbum facit, declarat autem (ipsum) sanatio.

2.31 Si cui post ægrotationem, CIBVM bene capienti, nihil augeatur corpus, malum.

2.32 Magna ex parte omnes qui male se habent, in principiis CIBVM bene capientes, & nihil proficientes, in fine rursus CIBVM non appetunt: qui uero in principiis CIBVM uehementer abhorrent, postea autem bene CIBVM capiunt, melius degunt.

4.13 Corpora præhumectare CIBO & quiete.

4.17 Non febricitanti (si adsint) CIBI inappetentia & cordis dolor, & uertigo, & os amarum, per superiora purgante medicamento indigere significãt.

4.41 Sudor multus ex somno sine ulla alia causa eueniens, corpus uti pluri CIBO significat: si uero

CIBVM non capienti id accidat, eum uacuatione egere significat.

4.45 Quibus tubercula uel in articulis dolores post longas febres fiunt, ii pluribus CIBIS utuntur.

5.61 Si mulieri purgationes menstruæ non exeant neque si horror neque febris successerit, cibi autem fastidia incidant, eam grauidam esse existima.

6.3 In longis dysenteriis CIBI auersationes, malum; & si cum febre, peius.

7.6 Post morbum longum CIBI fastidium & syncera deiectiones, malum.

7.62 Si quis CIBVM febricitanti præbeat, sano quidem robur, laboranti autem morbus.

CICATRIX.

6.45 Vlcera quæcunque annua fiunt, aut longiore tempore durant, necesse est (in iis) os abscedere, & CICATRICES cauas fieri.

COLLVM.

4.35 Si febricitāti COLLVM repēte peruertatur, & uix deglutire poßit, tumore in COLLO nō existente, letale.

6.37 Angina laboranti si tumor factus fuerit in COLLO, bonum.

COLOR.

4.21 Deiectiones nigræ ueluti sanguis niger, sua sponte exeuntes & cū febre & sine febre, peßimæ; et quanto COLORES plures & peiores fuerint, tāto peius; cum medicamento autem purgante, melius (est) & quo plures fuerint COLORES, eo minus malū

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.46 Quæ præter naturam crassæ non CONCIPIVNT utero, iis omentum comprimit os uteri & priusquàm extenuentur, non CONCIPIVNT.

5.59 Mulier si non CONCIPIAT in aluo, uelis autem scire an CONCEPTVRA sit, obuoluens eam uestimentis suffi ab imo: & si transire tibi uideatur odor per corpus ad nares & ad os, scito ipsam non ex se ipsa esse sterilem.

5.62 Quæ frigidos & densos uteros haberet, non CONCIPIVNT, & quæ præhumidos habent uteros, non CONCIPIVNT; extinguitur enim in eis genitura, & quæ ualde siccos et efferuescentes, defectu enim alimenti corrumpitur semen. quæ uero ex utrisque mediocrem habent temperaturam, tales fœcundæ fiunt.

5.63 Similiter uero & in maribus (euenit): aut enim propter corporis raritatem spiritus extra fertur, ita ut semen non emittatur; aut ob denscitatem humor non abit foras; aut ab frigiditatem non accenditur, ut in eum locum congregetur; aut ob caliditatem illud idem euenit.

CONCOCTVS, A, VM.

2.12 CONCOCTA purgante medicamento uacuare, & mouere (oportet), non (ea quæ sunt) cruda, neque In (morborum) principiis, nisi (humores) turgeant: ut plurimum uero non turgent.

CONSIDERO.

6.52 CONSIDERARE autē oportet &c.

CONSTITVTIO.

3.15 In anni autem CONSTITVTIONIBVS, in summa siccitates pluuijs sunt salubriores et minus letales.

CONVALESCENS.

4.32 Quibus CONVALESCENTIBVS e morbis pars aliqua laborauerit, ibi abscessus fiunt.

3.17 Quotidianæ autē CONSTITVTIONES, aquiloniæ qoidem corpora cogunt, & robustiora, & expeditiora & coloratiora & melius audientia reddunt; præterea aluos exiccant, & oculos mordent, & si circa thoracem dolor aliquis præcedit magis laborant: australes uero efficiunt corpora languida & humida, & aures hebetant, & capitis grauitates & uertigines mouent; in oculis autem & toto corpore difficilem motum (præbent), & aluos humectant.

CONVVLSIO.

2.26 Febrem CONVVLSIONI melius (est) superuenisse, quàm CONVVLSIONEM febri.

4.57 Ei qui CONVVLSIONE aut neruorum distentione affligitur, si febris superuenerit, morbum soluit.

4.66 In febribus acutis CONVVLSIONES, & circa uiscera dolores uehementes malum.

4.67 Iu febribus ex somnis pauores, aut CON-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

VVLSIONES,malum.

4.68 In febribus spiratio offēdens,malum: CON VVLSIONEM enim significat.

5.1 CONVVLSIO ex elleboro,letale.

5.2 Vulneri CONVVLSIO si superuenerit, letale.

5.3 Sanguine multo fluente si CONVVLSIO aut singultus successerit,malum.

5.4 Immodice purgationi CONVVLSIO aut singultus si successerit malum.

5.56 Fluxui muliebri CONVVLSIO & animi defectus si superueniant,malum.

5.70 Quia quartanis capiuntur,non admodum a CONVVLSIONE capiuntur: si uero capiantur prius,deinde succedat quartana,liberantur.

6.39 CONVVLSIO fit uel a repletione uel ab inanitione: similiter uero & singultus.

6.56 In melancholicis morbis ad has partes decubitus periculosi (sunt): aut apoplexiam corporis, aut CONVVLSIONEM,aut maniam, aut cæcitatem significant.

7.9 Post sanguinis fluxum desipientia aut etiam CONVVLSIO,malum.

7.10 Post ileon uomitus,aut singultus,aut CONVVLSIO,aut desipientia malum.

7.13 Post æstus uehementes CONVVLSIO, aut distentio,malum.

7.18 Post uigiliam CONVVLSIO aut desipientia,malum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

7.25 Ex purgantis medicamenti potione CONVVLSIO, malum.

CONVVLSVS, A, VM.

5.5 Si ebrius repente aliquis obmutuerit CONVVLSVS moritur, nisi (eum) febris apprehenderit, aut ad horam perueniens, qua crapulæ soluuntur, locutus fuerit.

COR.

4.65 In febribus circa uentriculum æstus uehemens & CORDIS morsus, malum.

6.18 COR (discissum) &c. letale.

CORPVS.

2.7 Quæ longo tempore extenuantur CORPORA, (ea) lente reficere oportet. quæ uero breui, breuiter. (.i. celeriter.)

2.8 Pluri cibo CORPVS uel significat. &c.

2.9 Impura CORPORA quo (magis) nutries, (eo) magis lædes.

2.10 CORPORA ubi quis purgare uult, oportet fluida facere.

2.37 Qui CORPORA habent commoderata (ijs) purgationes difficiles (fiunt).

2.28 Febricitantium non omnino leuiter CORPVS permanere, & nihil minui, uel etiam plus iusto extenuari, malum: illud enim morbi longitudinem significat; hoc uero imbecillitatem.

2.36 Sana habentes corpora, si p medicamēta purgātur, exoluūtur celeriter, & qui prauo cibo utūtur.

2.48 In omni motu CORPORIS, ubi (quis)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

laborare cœperit, quiescere, statim laßitudinis remedium (est).

2.54 Magnitudinem CORPORIS inesse iuuenibus, pulchrum est, neque indecens, senibus uero inutile, & peius, quàm si parui sint.

4.13 CORPORA præhumectare pluri cibo et quiete.

4.14 Indicat autẽ nauigatio, quòd motus CORPORA turbat.

4.15 Vbi uelis magis ducere elleborum, moue CORPVS, ubi uero sistere, somnum fac, & ne moue. L. ELLEBORVS.

4.38 Et ubi inest in CORPORE sudor, ibi morbum nunciat.

4.39 Et ubi inest in CORPORE (notabilis) calor aut frigus, ibi morbus (est).

4.40 Et ubi in toto CORPORE mutationes (fiunt) & modo CORPVS frigescat, modo calescat, aut calor alius ab alio fiat, longitudinem morbi significant.

7.59 CORPORIBVS humidas carnes habentibus famem oportet adhibere: fames enim siccat CORPORA.

7.66 CORPORA ubi quis purgare uult, fluida facere oportet: & si quidem per superiora, aluum sistere; si uero per inferiora humectare.

CORRVPTIO. σφακελισμὸς

7.73 Post CORRVPTIONEM, abscessus oßis (succedit).

COXA.

6.59 Quibus à COXAE morbo longo uexatis exilit coxa & rursus incidit, ijs (in ea parte) mucores innascuntur.

6.60 Quibus à COXAE morbo longo uexatis coxa exilit, ijs crus eliquescit, & claudicat, nisi (ij) usti fuerint.

CRASSVS, A, VM.

2.44 Natura ualde CRASSI citius uitam obeunt quàm graciles.

5.46 Quæ (mulieres) præter naturam CRASSAE non concipiunt utero, ijs omentum deprimit os uteri & ante quàm extenuentur, non concipiunt.

CRESCO.

1.14 Quæ CRESCVNT (corpora), plurimũ habent caloris innati: plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus absumitur. senibus uero paucus inest calor: propterea paucis alimentis egent; à multis enim extinguitur. quare etiam febres senibus non similiter acutæ (fiunt): frigidum enim (est eorum) corpus.

CRISIS. L. IVDICATIO, ET IVDICIVM.

2.12 Quæ post CRISIM in morbis relinquuntur, recidiuas facere consueuerunt.

2.13 Quibus CRISIS fit, ijs nox quæ accessionem præcedit, difficilis est: quæ uero subsequitur, ut plurimum facilior (est).

CVTIS.

5.71 Quibus CVTES obtenduntur aridæ &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ſiccæ, ſine ſudore moriuntur; quibus uero laxæ & raræ, cum ſudore moriuntur.

DEBILIS. L. IMBECILLVS.

DEIECTIO. L. EXCREMENTA. ET L. EVACVATIONES. &. L. PVRGATIO.

4.21 DEIECTIONES nigræ ueluti ſanguis niger, ſua ſponte exeuntes & cum febre & ſine febre peßimæ: & quanto colores plures & peiores fuerint, tanto peius: cum medicamento autem purgante melius eſt. & quanto colores plures fuerint eo minus malum.

4.26 Si dyſenteria laboranti ueluti carnes per inferiora exierint letale.

4.28 Quibus bilioſæ DEIECTIONES (sũt) (ijs) ſurditate ſuperueniẽte ceſſant: & quibus (eſt) ſurditas, (ijs bilioſis DEIECTIONIBVS ſuperuenientibus ceſſat.

7.6 Poſt longum morbum cibi faſtidium & ſinceræ DEIECTIONES, malum.

7.23 Poſt ſinceram DEIECTIONEM dyſenteria (ſequitur).

DELIRIVM. L. DESIPIENTIA.

2.2 Vbi ſomnus DELIRIVM ſedauerit, bonũ.

4.50 Vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi & DELIRIVM accidit, letale.

DENTES.

4.53 Quibus circa DENTES in febribus lentores fiunt, (iis) uehementiores febres fiunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

3.25 Iis qui ad DENTITIONEM accedũt, gingiuarum pruritus (fiunt), febres, cõuulsiones, diarrhœæ, & maxime cũ edunt caninos dentes & iis pueris qui sunt craßißimi, & aluos duras habent.

DESIPIENTIA.

6.53 DESIPIENTIAE quæ cum risu fiũt, tutiores; quæ uero serio, periculosiores.

7.7 Ex multa potione (uini,) rigor aut DESIPIENTIA, malum.

7.9 Post sanguinis fluxũ DESIPIENTIA, aut etiam conuulsio, malum.

7.10 Post ileon DESIPIENTIA, malum.

7.14 Post ictũ capitis stupor aut DESIPIENTIA, malum.

7.18 Post uigiliam conuulsio aut DESIPIENTIA, malum.

7.24 In oßis capitis scißione DESIPIENTIA (fit), si uacuum apprehenderit.

DIARIA FEBRIS.

4.55 In bubonibus febres omnes malæ, præter DIARIAS.

DIARRHOEA.

6.15 Longa DIARRHOEA laboranti ubi sua sponte uomitus successerit, soluit DIARRHOEAM.

6.16 Pleuritide aut peripneumonia laboranti DIARRHOEA si succcesserit, malum.

6.17 Lippientem DIARROEA correptũ esse

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

bonum (est).

5.32 Balbi à DIARRHOEA longa maxime capiuntur.

7.29 Si ei qui phlegmate albo detinetur, DIARRHOEA uehemens successerit, soluit morbum.

7.30 Quibus spumosa excrementa in DIARRHOEIS (sunt), ijs à capite phlegma defluit.

7.71 DIARRHOEAE dysenteria (succedit).

DIES.

2.24 (DIEI) septimi quartus (est) index, alterius septimanæ octauus (est) principium: contemplabilis uero (est) undecimus; hic enim est quartus alterius septimanæ: contemplabilis rursus (est) decimus septimus; hic enim est quartus à quartodecimo, septimus autem ab undecimo.

DISTENTIO. L: CONVVLSIO.

5.6 Qui à DISTENTIONE capiuntur, in quatuor diebus pereunt: si uero hos effugerint, sani fiunt.

5.21 aliquando in DISTENTIONE sine ulcere iuueni mediocri temperatura prædito, æstate frigidæ multæ perfusio, reuocationem caloris facit: calor autem hæc liberat.

7.13 Post æstus uehementes conuulsio aut DISTENTIO, malum.

DOLEO. DOLOR. L. CAPVT.

2.6 Quicunque DOLENTES parte aliqua corporis, omnino DOLORES non seutiunt, ijs mens ægrotat.

Sed

4.33 Sed si (cui) etiam pars quædam DOLVERIT, prius quàm ægrotet, ibi firmatur morbus.

2.46 Si duo DOLORES simul eueniant, non in eodem (tamen) loco, uehementior alterum obscurat.

4.11 Quibus (sũt) DOLORES intestinorũ & circa umbilicum labores & lumborum angor qui non soluatur neque a purganti medicamento neque aliter, in hydropem siccam firmatur.

4.18 DOLORES supra septum transuersum, quicunque purgatione egent, medicamento quod per superiora purget, indigere significant: quicunque autem infra, per inferiora.

6.5 DOLORES & in lateribus & in pectore & in alijs partibus nũ ualde præstent, perdiscẽdũ est.

6.7 DOLORES & tumores, qui in uentre fiũt, sublimes leuiores, non sublimes uehementiores.

6.10 Ei qui capite laborat & multum DOLET, si pus aut aqua aut sanguis fluxerit per nares aut per os aut per aures, soluit morbum.

6.22 Quicunque ex ruptionibus DOLORES á dorso ad cubitus descendunt, eos uenæ sectio soluit.

6.31 DOLORES oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut uenæ sectio, aut medicamentum purgans soluit.

6.40 Quibus circa hypochõdrium DOLOR fit sine inflammatione, ijs febris succedens soluit DOLOREM.

7.22 Post longum uentris DOLOREM, suppuratio (fit).

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

7.26 Post DOLOREM uentris uehementem, extremarum partium frigiditas, malum.

EDVCO. L. ago, uel traho, seu purgo.

1.21 Quæ EDVCENDA sunt, quo maxime trahit natura, eô per conferentia loca EDVCERE oportet.

7.5 ΕΚΣΤΑΣΙΣ. idest mentis alienatio. L. MENS.

DYSENTERIA.

4.24 DYSENTERIA si ab atra bile inceperit, letalis est.

4.26 Si ei qui DYSENTERIA laborat, deiectiones ueluti carnes exierint, letale est.

6.3 In longis DYSENTERIIS cibi auersationes, malum; & si cum febre peius.

6.43 Quicunque lienosi à DYSENTERIA corripiuntur; ijs superueniente longa DYSENTERIA, uel hydrops succedit, uel lienteria, & moriuntur.

6.48 Lienosis DYSENTERIA si successerit, bonum.

7.5 Post maniam, DYSENTERIA, aut hydrops, aut mentis alienatio, bonum.

7.23 Post sinceram deiectionem DYSENTERIA (sequitur).

7.71 DiarrhϾ DYSENTERIA (succedit).

7.72 DYSENTERIAE lienteria succedit.

DYSVRIA.

6.36 DYSVRIAM uenæ sectio soluit: inciden

dæ autem sunt (uenæ) interiores.

7.48 Stranguriam & DYSVRIAM uini potio & sanguinis mißio soluunt: incidere autem internas uenas oportet.

EBRIVS.

5.5 Si EBRIVS quispiam repente obmutuerit, conuulsus moritur, nisi (eum) febris arripiat, aut ad eam perueniens horam, qua crapulæ soluentur, uocem proferat.

ELLEBORVS.

4.13 Ad ELLEBOROS sumendos ijs qui nō facile per superiora purgantur, (oportet) præhumectare corpora pluri cibo & quiete.

4.14 Cum biberit quis ELLEBORVM, ad motus quidem corporum magis ducere (ipsum oportet), ad somnos uero & quietes minus, indicat autem nauigatio, metum turbare corpora.

4.15 Vbi uelis magis ducere ELLEBORVM, corpus moue; ubi uero sistere, somnum fac, & ne moue.

4.16 ELLEBORVS periculosus (est) carnes sanas habentibus: conuulsionem enim inducit.

5.1 Conuulsio ex ELLEBORO, letale.

EMMOTON. L. medicamentū liquidum, quod linamentis excipitur, & ulceribus inditur. linamenta enim seu linteola μοτὰ Græcis uocantur.

5.47 Si uterus qua parte coxæ incumbit, suppurauerit, necesse est EMMOTON factum esse.

EMPYEMA. L. suppuratio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.8 Quicunque pleuritici facti, in xiiij diebus per ſuperiora non purgantur, ijs (malum) in EMPYEMA tranſmutatur.

EMPYVS, A, VM. L. ſuppuratus, a, um.

5.10 Qui anginam effugiunt, ad pulmonem iis (malum) uertitur, & in ſeptem diebus pereunt, ſi uero hos effugerint, EMPYI fiunt.

5.15 Qui ex pleuritide EMPYI fiunt, ſi per ſuperiora purgantur, in 40 diebus, ex quo ruptio facta fuerit, conualeſcunt; ſi uero non, in phthiſin tranſeunt.

6.17 Quicunque EMPYI aut hydropici uruntur aut inciduntur, ſi pus aut aqua confertim effluxerit, omnino moriuntur.

7.44 Quicunque EMPYI uruntur aut inciduntur, ſi pus fluxerit purum & album, euadunt; ſi uero ſubcruentum, feculentum & fœtidum, moriuntur.

EPILEPSIA.

5.7 EPILEPSIAE quibuſcunque ante pubertatem eueniunt, mutationem capiunt: quibuſcunque autem XXV. anno eueniunt, cum iis magna ex parte commoriuntur.

EPILEPTICVS, A, VM.

2.45 EPILEPTICOS pueros liberant mutationes maxime ætatis & locorum & uictuum.

ERYSIPELAS.

5.43 Si mulieri grauidæ ERYSIPELAS in utero factum fuerit, letale.

6.25 ERYSIPELAS a partibus exteriori-



bus effusum ad interiores uerti, non bonum, ab interioribus autem ad exteriores, bonum.

7.19 Post oßis denudationem ERYSIPELAS, (malum).

7.20 Post ERYSIPELAS putredo & suppuratio, malum.

EVACVATIO.

1.2 Sic uero etiam uasorum EVACVATIO, si qualis oportet fieri, fiat, confert & leuiter se habēt (ægri) sin minus, contra &c.

1.3 similiter uero & EVACVATIONES quæ ad extremum agunt, periculosæ. &c.

233 Quæ EVACVANTVR, nō multitudine sunt æstimanda, sed quòd qualia (EVACVARI) oportet, EVACVANTVR, & (æger) facile tolerat: atque ubi usque ad animi defectum educere oportet, etiam hoc faciendum est, si æger pertulerit.

EVNVCHVS.

6.28 EVNVCHI neque podagra laborant neque calui fiunt.

EXANTHEMATA,

6.9 Lata EXANTHEMATA non ualde pruriunt.

EXCERNO.

7.63 Quæ per uesicā EXCERNVNTVR inspicere oportet, num (talia sunt) qualia sanis EXCERNVNTVR. Quæ igitur ijs minime similia, hoc morbosiora: quæ uero similiora sanis, minime morbosa.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.47 EXCREATIONES in febribus non deficientibus liuidæ, cruentæ, & fœtidæ, & biliosæ, omnes malæ: at quæ bene exeunt, bonæ, tum per deiectiones, tum per urinas. si uero nihil eorum quæ conferunt per hæc loca excernatur, malum.

7.65 EXCREATIONES in febribus non intermittentibus liuidæ, & cruentæ, & biliosæ, & fœtidæ, omnes malæ: at quæ bene exeunt, bonæ, tum per uentrem, tum per uesicam: & ubi aliquid quod excernitur, steterit non purgatum, malum.

EXCREMENTVM. EXCRETIO.

2.14 In alui profluuijs mutationes EXCREMENTORVM iuuãt, nisi in prauas cõmutẽtur.

2.15 Vbi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore nascuntur, EXCRETIONES considerare oportet: nam si biliosæ fuerint, corpus unà ægrotat; si uero similes sanis fiant, alere corpus tutum est.

2.18 Eorum quæ confertim & celeriter alunt, celeres etiam fiunt EXCRETIONES.

7.30 Quibus spumosa EXCREMENTA in diarrhœis (sunt), ijs a capite phlegma defluit.

7.65 Et quibus EXCREMENTA si stare permiseris, & non moueris, subsistunt ueluti strigmenta: & si pauca fuerint exiguus morbus fit; si multa, multus. his confert subpurgare aluum. si uero non purgata (aluo), dederis sorbitiones, lædes; & quo plures dederis, (eo) magis lædes.

7.75 Qualia etiam in EXCREMENTIS

quæ fiunt per uesicam, & per aluum, & per carnes, et sicubi aliter à natura corpus excesserit, si parum paruus morbus fit; si multum multus; si permultum id letale est.

EXERCITATORES. L. GYMNASTICI.

1.3 In EXERCITATORIBVS (id est athletis) summe firmæ ualetudines, periculosæ si in extremo fuerint: non enim possunt &c.

EXOLVOR.

2.41 Qui EXOLVVNTVR sæpe & ualide sine manifesta causa, ij quàm primum moriuntur.

EXCREMENTVM.

1.1 EXCREMENTVM periculosum. etc.

EXTENVATIO.

1.3 Neque uero EXTENVATIONES ad extremum ducere &c.

EXTENVOR.

2.7 Quæ longo tempore EXTENVANTVR corpora, (ea) lente reficere oportet: quæ uero breui, celeriter.

EXTERIOR.

1.1 Oportet autem non solum (medicum) se ipsum præstare ut ea quæ oportet, faciat, sed & ægrum & aßidentes & EXTERIORA.

4.48 In deficientibus febribus si EXTERIORES partes frigidæ fuerint, interiores uero urantur, & sitim habent (æger), lætale.

6.25 Erysipelas a partibus EXTERIORI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

BVS effusum,ad interiores uerti,non bonum;ab interioribus autem ad EXTERIORES, bonum.

EXTREMVS,A,VM.

2.6 Ad EXTREMOS autem morbos, EXTREMAE cum diligẽtia curationes optimæ(sunt).

7.1 In acutis morbis frigiditas EXTREMARVM partium,malum.

7.26 In uehementi uentris dolore EXTREMArum partium frigiditas,malum.

FAMES.

2.4 Non repletio,non FAMES,neque aliud quicquam bonum (est), quod nimium a natura discesserit.

2.16 Vbi FAMES,non oportet laborare.

2.21 FAMEM,uini(uinosi) potio soluit.

7.59 Corporibus humidas carnes habentibus FAMEM oportet adhibere,fames enim corpora siccat.

FAVCES.

Vbi FAVCES ægrotant,aut tubercula in corpore nascuntur, excretiones considerare oportet:si enim biliosæ fuerint,corpus una ægrotat;si uero sanis similes fiant,tutum est corpus nutrire.

FEBRIS. FEBRICITANS.

1.14 Quare etiam FEBRES senibus non similiter acutæ (fiunt):frigidum enim(est eorum)corpus.

2.25 (FEBRES) æstiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues,autumnales uero longæ,& præcipue quæ hyemem attingunt.

2.26 FEBREM conuulsioni melius est superuenisse,quàm conuulsionem febri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

2.28 FEBRICITANTIVM *non omnino leuiter, corpus permanere, & nihil minui uel etiam plus iusto extenuari, malum: illud enim morbi longitudinem significat, hoc uero imbecillitatem.*

3.6 *Quando æstas fuerit ueri similis, sudores in* FEBRIBVS *expectare oportet.*

3.7 *In siccitatibus* FEBRES *acutæ fiunt. & si quidem maiori ex parte annus talis extiterit, qualem fecit constitutionem, ut plurimum etiam tales morbos expectare oportet.*

4.17 *Non* FEBRICITANTI *(si adsint) cibi abstinentia, & cordis morsus, & uertigo, & os amarum, medicamento per superiora purgante opus esse significant.*

4.20 *Non* FEBICITANTIBVS *si acciderit intestinorum dolor, & genuum grauitas, & lumborum angor, medicamento per inferiora purgante opus esse significant.*

4.27 *Quibus in* FEBRIBVS *sanguinis multitudo alicunde eruperit, ijs, dum reficiuntur, alui humectantur.*

4.29 *Quibus in* FEBRIBVS *sextum diem agentibus rigores fiunt, difficilis (sunt) iudicij.*

4.30 *Quibus* FEBRIS *accessiones fiunt, quacunque hora (eos) febris dimiserit, postero die eadem hora si inuaserit, difficilis (sunt) iudicij.*

4.34 *Si* FEBRICITANTI *tumore non existente in faucibus, strangulatio statim superuenerit, letale.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.35 Si FEBRICITANTI collum repente peruertitur, & uix deglutire poßit, tumore in collo non apparente, letale (est).

4.36 Sudores FEBRICITANTIBVS si inceperint, boni tertio (die), & quinto, & septimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & decimoseptimo, & uigesimo primo, & uigesimo septimo & trigesimo primo, & trigesimo quarto. ii enim sudores morbum iudicant: qui autem non sic eueniunt, laborem significant & longitudinem morbi, & recidiuam.

4.37 frigidi sudores cum acuta FEBRE si eueniant, mortem significant, cum mitiore autem, morbi longitudinem.

4.43 FEBRES quæcunque non intermittentes tertio die fortiores fiunt, periculosæ: quoque autem modo intermiserint, uacare periculo significant.

4.44 Quibus (adsunt) FEBRES longæ, iis tubercula, aut dolores circa articulos fiunt.

4.45 Quibus tubercula aut circa articulos dolores post FEBRES longas fiunt, ii cibis pluribus utuntur.

4.46 Si rigor incidit FEBRE non desinente, ægro iam imbecillo, letale.

4.47 Excreationes in FEBRIBVS non intermittentibus liuidæ, & cruentæ, & fœtidæ, & biliosæ omnes malæ. quæ si bene excernuntur, bonæ (sunt) & per deiectiones & per urinas: si uero nihil eorum quæ conferunt, per hæc loca excernun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

tur, malum.

4.48 In non intermittentibus FEBRIBVS si (ægro) exteriores partes frigidæ fuerint, interiores autem urantur, & sitim habeat, letale (est).

4.49 In FEBRE non intermittente si labrum, aut, supercilium aut oculus, aut nasus peruertatur, si (æger) non uideat, si non audiat, iam imbecillo existente corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo est mors.

4.50 Vbi in FEBRE non deficiente spirandi difficultas & delirium acciderit, letale (est).

4.51 In febribus abscessus si non soluuntur in primis iudicationibus, longitudinem morbi significant.

4.52 Qui in FEBRIBVS aut in aliis morbis ex uoluntate lacrymant, nihil absurdum (est); qui uero non ex uoluntate, absurdius.

4.53 Quibus iuxta dentes in FEBRIBVS lentores fiunt, (ijs) uehementiores fiunt febres.

4.54 Quibus diu (durant) tusses siccæ breui irritantes in FEBRIBVS ardentibus, (ij) non admodum siticulosi existunt.

4.55 In bubonibus FEBRES omnes malæ, præter ephemeras.

4.56 FEBRICITANTI sudor superueniẽs febre non deficiente, malum. producitur enim morbus, & humiditatem ampliorem significat.

4.57 Ei qui conuulsione aut distentione uexatur, si febris successerit, soluit morbum.

4.58 FEBRE ardente correpto, rigore super-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ueniente(fit) ſolutio.

4.59 (FEBIS) tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus, cum tardiſſime, iudicatur.

4.60 Quibus in FEBIBVS aures obſurduerint, (ijs) ſanguis e naribus fluens, aut aluus turbata morbum ſoluit.

4.61 FEBRICITANTEM niſi inparibus diebus FEBRIS dimiſerit, (ea) redire ſolet.

4.62 Quibus in FEBRIBVS morbus regius ante ſeptimum diem ſuccedit, malum.

4.63 Quibus in FEBRIBVS quotidie rigores eueniant, (ijs) quotidie FEBRES ſoluuntur.

4.64 Quibus in FEBRIBVS ſeptimo uel nono uel undecimo uel quartodecimo morbus regius ſucceſſerit, bonum(eſt), niſi dextrum hypochondrium durum fuerit: ſi uero non, malum(eſt), non bonum.

4.65 In FEBRIBVS circa uentriculum æſtus uehemens & cordis morſus, malum.

4.66 In FEBRIBVS acutis conuulſiones & uehementes uiſcerum dolores, malum.

4.67 In FEBRIBVS ex ſomnis pauores aut conuulſiones, malum.

4.68 In FEBRIBVS ſpiratio offendens, malū: conuulſionem enim ſignificat.

4.69 Quibus(ſunt) urinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine FEBRE exiſtentibus, ſi multitudo ex ijs aduenerit tenuis, iuuat: præcipue autem tales ab initio exeunt, aut breui ſedimen obtinent.

4.70 Quibus in FEBRIBVS urinæ perturba

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

tæ (sunt) ueluti iumenti alicuius, ijs capitis dolores uel adsunt uel aderunt.

4.71 Quibus (in FEBRIBVS die) septimo iudicium fit, ijs nubeculam obtinet urina quarto die rubram, & alia, secundum rationem.

4.72 Quibus (in FEBRIBVS) urinæ perspicuæ (&) albæ, malæ, præcipue autem si in phreniticis appareant.

4.73 Quibus hypochondria eleuata murmurant lumborum dolore succedente, alui ijs humectantur, nisi flatus erumpant aut urinæ multitudo exeat. in FEBRIBVS autem hæc (accidunt).

4.74 Quibus spes est in articulis fore abscessum, liberat ab abscessu urina multa, crassa, & alba facta, ut in laboriosis FEBRIBVS, quarto die incipit quibusdam fieri; si uero & ex naribus fluxerit sanguis, breui ad modum soluitur.

5.55 Quæcunque (mulieres) grauidæ a FEBRIBVS corripiuntur, & uehementer extenuantur sine causa manifesta, (eæ) ægre & periculose pariunt, aut abortientes periclitantur.

5.64 Lac dare ijs quibus caput dolet, malum; malum item FEBRICITANTIBVS, & quibus hypochondria eleuata murmurant; & sitibundis malum etiam quibus (sunt) biliosæ deiectiones in acutis FEBRIBVS, & quibus sanguinis multi deiectio facta est. congruit autem phthisicis qui non adeo multum FEBRICITENT: dare etiam in FEBRIBVS longis, leuibus, si nullum prædictorum signo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

rum affuerit; & præter rationem extenuatur.

6.26 Quibus in ardentibus (FEBRIBVS) tremores fiunt, iis delirium succedit.

6.40 Quibus circa hypochondrium dolor fit sine inflammatione, iis FEBRIS succedens soluit dolorẽ.

6.44 Quibus post stranguriam ileos succedit, in septem diebus moriuntur, nisi FEBRE subsecuta, satis urina fluxerit.

6.50 Quibuscunque cerebrum discissum fuerit, iis necesse est FEBREM & bilis uomitum succedere.

6.51 Quibus sanis dolores fiunt repente in capite & statim obmutescunt, & stertunt, moriuntur in septem diebus, nisi (eos) FEBRIS apprehenderit.

6.54 In acutis morbis qui cum FEBRE (existunt), luctuosæ respirationes, malum.

7.31 Quibuscunque FERICITANTIBVS in urinis ueluti farinæ crassæ, subsidentiæ fiunt, longam ægritudinem (fore) significant.

7.37 Quicunque sanguinem uomunt, si sine FEBRE salubre (est), si uero cum febre, malum. curare autem (ipsum oportet) adstringentibus & refrigerantibus.

7.42 Si FEBRIS non a bile (ortum) habeat, aqua multa & calida capiti infusa, solutio febris fit.

7.52 Quibus hepar uehementer dolet, iis si FEBRIS superuenerit, soluit dolorem.

7.62 Si quis FEBRICITANTIBVS cibum præbeat, (ut) sano robur, (sic) laboranti morbus.

FLATVOSVS, A, VM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.72 Biles flaua abundantes non admodum flatuosi sunt.

FLVOR. L. DIARRHOEA.

5.56 FLVORI muliebri si conuulsio & animi defectus successerit, malum.

2.10 FLVIDVS, A, VM.

7.66 corpora ubi quis purgare uult, oportet FLVIDA facere.

5.62 FOECVNDVS, A, VM. L. MVLIER.

FOETVS.

5.31 Mulieri grauida sanguine misso abortit, idque magis si FOETVS maior fuerit.

5.48 FOETVS mares in dextris partibus, fœminæ in sinistris magis (continentur.)

5.53 Quæ (mulieres) dispersuræ sunt FOETVS, iis mammæ tenues fiunt: si uero contra, duræ factæ fuerint, dolor erit uel in mammis, uel in coxis uel in genibus, uel in oculis, & non disperdent.

5.52 Mulieri grauidæ si lac e mammis plurimnm effluat, imbecillum FOETVM significat: si uero solidæ mammæ fuerint, saniorẽ FOETVM significant.

5.60 Si mulieri grauidæ purgationes exeant, impoßibile est FOETVM esse sanum.

FRIGEFACIO.

5.19 Quæ FRIGEFACTA sunt, ea excalfacere oportet, præter ea quæ sanguinem profundunt, aut profusura ea sunt.

FRIGESCO.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.26 Aqua quæ cito calescit & frigescit leuißima (est).

FRIGIDITAS.

7.1 In acutis morbis FRIGIDITAS extremarum partium malum.

FRIGIDVS,A,VM.

5.17 FRIGIDA autem (aqua) conuulsiiones, distẽtiones, denigrationes & rigores febriles efficit.

5.18 (Aqua) FRIGIDA inimica (est) oßibus, dentibus, neruis, cerbro, spinali medullæ; calida uero utilis.

5.20 Vlceribus FRIGIDA mordax; cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, denigrat, rigores febriles facit, (item) conuulsiones, et distentiones.

5.21 Nonnunquam in distentione sine ulcere iuueni mediocri temperatura prædito, æstate media FRIFIDAE multæ perfusio, reuocationem caloris facit: calor autem hæc liberat.

5.23 In iis (partibus) oportet FRIGDA uti, unde fluit sanguis aut fluxurus est, non super ipsas (partes), sed iuxta eas, unde effluit: & quæcunque inflammationes aut efferuescentiæ ad rubrum & subcruentum uergentes, recenti sanguine super has, nam ueteres denigrat: item (super) erysipelas non ulceratum, nam ulceratum lædit.

5.24 FRIGIDA, ut nix & glacies pectori (sunt) inimica, tusses mouent, sanguinis fluxum efficiunt, & catarrhos excitant.

5.25 In articulis tumores & dolores sine ulcere, & po-

& podagricos(etiam), & conuulsiones, horum plurimos FRIGIDA multa superfusa leuatque & minuit, & dolorem soluit: stupor autem mediocris dolorem soluit.

FVRFVREVS, A, VM.

4.77 Quibus in urina crassa FVRFVREA simul eminguntur, ijs uesica scabie laborat.

FVROR. L. MANIA.

GENV.

4.20 Non febricitantibus si acciderit intestinorum dolor, & GENVVM grauitas & lumborum angor: medicamento per inferiora purgante opus esse significant.

GIBBVS, A, VM.

6.46 Qui GIBBI ex asthmate aut tussi fiunt ante pubertatem, moriuntur.

GLABER, A, VM.

6.4 Glabra undiquaque ulcera, maligna(sunt).

GRACILIS, E.

4.6 GRACILES & ad uomitum faciles (decet) superius purgare, cauentes hyemem.

5.44 Quæ præter naturam GRACILES sunt grauidæ, abortiunt bimestres, priusquàm crassescant.

GRAVIDVS, A, VM.

4.1 (Mulieres) GRAVIDAE, si (materia) turget, medicamentis purgandæ sunt quarto mense & usque ad septimum mensem, hæ autem minus, recentiores uero & prouectiores uereri oportet. GRAVIDA. L. MVLIER.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

1.3 In GYMNASTICIS *summæ firmæ et uale tudines, periculosæ si in extremo fuerint: non enim pos sunt manere in eodem (gradu) neque quiescere: cum ue ro non quiescunt, nondum possunt in melius proficere. restat igitur, ut in deterius (cadant). his itaque de cau sis firmam ualetudinem sine mora prodest soluere, ut rursus refectionis originem corpus capiat, neque uero extenuationes ad extremum ducere (oportet) pe riculosum enim: sed qualis fuerit natura eius qui tole raturus est, eo usque ducere (expedit). eodem modo etiam uacuationes, quæ ad extremum ducunt pericu losæ: & rursus refectiones, quæ in extremo fuerint, periculosæ.*

HABERE RATIONEM.

2.2 HABERE *rationem oportet & regionis, & temporis, & ætatis, & morborum, in quibus opor tet (uacuare), aut non.*

HABITVS.

1.3 *In exercitatoribus boni* HABITVS, *peri culosi.* L. GYMNAST.

HAEMORRHOIDES.

6.11 *Melãcholicis & nephriticis si* HAEMOR RHOIDES *superuenerint, bonum.*

6.12 *Ei qui* HEMORRHOIDIBVS *lon gis sit curatus, nisi una seruata fuerit, periculum est ne hydrops aut pthisis successerit.*

6.21 *Ex melancholia insanientibus si uarices aut* HAEMORRHOIDES *superuenerint, insaniæ*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

(ipsius fit) solutio.

HEPAR.

5.58 HEPATI inflammato singultus succedit.
6.18 HEPAR discissum letale.
6.42 In ictericis si HEPAR durum factum fuerit, malum.
7.17 Post inflammationem HEPATIS, singultus, malum.
7.45 Quicunque HEPATE insuppurato uruntur, aut inciduntur, si pus purum fluxerit & album, euadunt; in tunica enim ijs pus continetur: si uero ueluti amurca fluxerit, moriuntur.
7.52 Quibus HEPAR uehementer dolet, febris successerit, soluit dolorem.
7.55 Quibus HEPAR aqua repletum in omentum erumperit, ijs uenter aqua impletur, & moriuntur.

HORA.

4.10 Quibus FEBRIS accessiones fiunt, quacunque HORA (eos) febris dimiserit, postero die eadem HORA si inuaserit, difficilis (sunt) iudicij.

HORROR.

7.4 Post sudorem HORROR, non bonum.

HYDROPS. HYDROPICVS, A, VM.

4.11 Quibus (insunt) intestinorum dolores & circa umbilicum labores & lumborum angor, qui non soluatur neque a purgante medicamento neque aliter; (ijs) in HYDROPEM siccam firmatur. (id est tympaniam).

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

6.8 HYDROPICIS *ulcera quæ fiunt in corpore, non facile sanantur.*

6.13 HYDROPE *laboranti si aqua, quæ in uenis est, in aluum fluxerit, (morbi fit) solutio.*

6.27 *Quicunque empyi aut* HYDROPICI *uruntur, aut inciduntur, si pus aut aqua confertim effluxerit, omnino moriuntur.*

6.35 HYDROPICIS *si tußis superuenerit, malum.*

7.5 *Post maniam dysenteria aut* HYDROPS *aut mentis alienatio, bonum.*

7.29 *Si ei qui ab albo phlegmate detinetur, diarrhoea superuenerit uehemens, soluit morbum.*

7.47 HYDROPE *laborantem si tußis corripiat, (is) disperatus.*

HYEMS.

1.15 *Ventres* HYEME *& uere natura calidissimi (sunt) & somni longißimi. in iis igitur temporibus etiam plura alimenta exhibenda: etenim calorem innatum, maiorem habent: pluri itaque alimento indigent: indicio sunt ætates & athletæ.*

3.11 *Inter anni autem tempora, si quidem* HYEMS *sicca & aquilonia fuerit, uer uero plurimum & australe, necesse est æstate febres & ophthalmias & dysenterias fieri, præcipue mulieribus & uiris natura humidis.*

3.12 *Si uero australis* HYEMS *& pluuiosa fuerit, uer autem siccum & aquilonium, mulieres, quibus partus ad uer (imminent), ex qualibet causa abor*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

tiunt: quæcuuque autem in utero gestauerint imbecil-los & morbosos infantes pariunt, ita ut uel statim in tereant, uel inualidi & morbosi uiuant: aliis uero dy-senteriæ, & ophthalmiæ siccæ eueniunt, senioribus au tem catarrhi, breui interimentes.

3.18 Per(anni)autem tempora, Vere quidem & prima æstate pueri & qui eos ætate sequuntur, opti-me degunt & ualent maxime: æstate uero & autum-no aliquantisper senes: reliquo autem(tempore, uide-licet) HYEMIS, qui medii(sunt) inter has ætates.

3.23 HYEME autem pleuritides(fiunt), perip-neumoniæ, lethargi, grauedines, raucitates, tusses, do-lores pectoris, dolores costarum, lumborum, (&) ca pitis, (&) uertigines, (&) apoplexiæ.

4.12 Quibus alui lienteria infestantur, (eos) HYEME purgare per superiora, malum (est).

HYPOCHONDRIVM.

4.64 Quibus in febribus(die) septimo uel undeci-mo uel decimoquarto morbus regius successerit, bo-num, nisi dextrum HYPOCHONDRIVM durum fuerit, si uero non, malum; non bonum.

4.73 Quibus HYPOCHONDRIA eleuata murmurant, lumborum dolore succedente, alui iis hu-mectantur, nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo exeat. in febribus autem hæc(accidunt).

5.64 Quibus HYPOCHONDRIA eleuata murmurant, lac dare malum(est) &c.

6.40 Quibus circa HYPOCHONDRI-VM dolor fit sine inflammatione, iis febris succedens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ſoluit dolorem.

ICTERICVS. L. MORBVS REGIVS.

6.42 In ICTERICIS *ſi hepar durum factum fuerit, malum.*

IECVR. L. HEPAR.

IEIVNIVM.

1.13 *Senes facillime* IEIVNIVM *tolerant, ſecundo loco qui (ætate) uigent, minime adoleſcentes, omnium uero minime pueruli, ex ijs uero ipſis quicunque cæteris promptiores fuerint.*

ILEOS

Quibus poſt ſtranguriam ILEOS *ſuccedit in.7. diebus moriũtur, niſi febre ſubſecuta ſatis urina fluxerit.*

7.10 *Poſt* ILEVM *uomitus aut ſingultus, aut conuulſio, aut delirium, malum.*

IMBECILLVS, A, VM.

4.46 *Si rigor incidit febre non intermittente, iam* IMBECILLO *exiſtente (ægro), letale.*

IMPLERI. L. REPLETIO.

2.11 *Facilius eſt* IMPLERI *potu quàm cibo.*

6.39 INANITIO. L. VACVATIO. L. REPLETIO.

INSANIO.

6.21 *Ex melancholia* INSANIENTIBVS *ſi uarices aut hæmorrhoides ſuperuenerint,* INSANIAE *(fit) ſolutio.*

INFLAMMATIO. L. PHLEGMONE.

INGVEN.

4.55 *In* INGVINVM *tumoribus febres om-*

nes malæ præter ephemeras.

INSIDENTIA. L. SVBSIDENTIA.

INTESTINVM.

4.11 *Quibus (sunt)* INTESTINORVM *dolores, & iuxta umbilicum labores, & lumborum angor qui non soluatur neque a medicamento purgante neque aliter, (ijs malum) in hydropem siccam firmatur.*

4.20 *Nõ febricitantibus si euenerint* INTESTINORVM *dolor & genuum grauitas & lumborum angor, medicamento per inferiora purgante opus esse significant.*

IVDICO. IVDICATIO. L. CRISIS. IVDICIVM.

6.18 *Ex* INTESTINIS *tenuibus aliquod discissum, letale.*

6.24 INTESTINORVM *tenuium aliquod si discissum fuerit, non coalescit.*

ISCHIAS. L. COXA.

3.28 *Plurimi uero morbi puerulis* IVDICANTVR, *alij in 40 diebus, alij in 7 mensibus, alij in 7 annis, alij cum ad pubertatem accedunt &c.*

1.1 IVDICIVM *difficile. &c.*

3.8 *In moderatis temporibus cum tempestiua tempestiuæ fiunt, morbi stabiles & boni* IVDICII *fiunt; in immoderatis autem instabiles & mali* IVDICII.

4.29 *Quibus in febribus sextum diem agentibus rigores fiunt, difficilis (sunt)* IVDICII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

2.19 Iis qui per circuitus acceßiones habent, nihil (oportet) dare, neque cogere, sed subtrahere ijs quæ offeruntur ante IVDICATIONEM.

1.20 Quæ IVDICANTVR & IVDICATA sunt sufficienter, non (oportet) mouere neque nouare nec medicamentis purgantibus nec alijs irritamentis, sed sinere.

2.23 Acuti morbi IVDICANTVR in quatuordecim diebus.

4.71 Quibus septimo (die) IVDICIVM fit, ijs nubeculam obtinet urina quarto die rubram, & alia secundum proportionem.

IVVENIS. IVVENTVS.

2.20 Quibus IVVENIBVS alui humidæ (sunt) ijs senescentibus siccãtur; quibus item IVVENIBVS alui siccæ sunt, ijs senescentibus humectãtur.

2.53 Qui aluos humidas habent IVVENES, melius degunt siccas habentibus: in senectute autem peius degunt: siccantur enim alui magna ex parte senescentibus.

3.29 IVVENIBVS autem sanguinis sputiones, phthisies, febres acutæ, epilepsiæ, & alij morbi, maxime autem prædicti (accidunt). prædicti in pueris uidelicet.

3.30 Qui uero hanc ætatem (id est IVVENtutem) excesserint, iis asthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, ardentes (febres), diarrhœæ longæ, choleræ, dysenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides (accidunt.)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

LABOR.

2.1 In quo morbo somnus LABOREM facit, letale (est): at si somnus iuuat, non letale.

2.49 Assueti solitos LABORES ferre, & si sint imbecilles aut senes, non assuetis fortibusq; & iuuenibus facilius ferunt.

LABORO.

2.48 In omni motu corporis ubi (quis) LABORARE cœperit, quiescere, statim laßitudines remedium est.

4.32 Quibus conualescentibus e morbis pars aliqua LABORAVERIT, ibi abscessus fiunt.

4.33 Sed & si quis parte aliqua ante LABORAVERIT, quàm ægrotet, ibi firmatur morbus.

LABRVM.

4.49 Si in febre non intermittente LABRVM, uel supercilium, uel oculus, uel nasus peruertaur, si non uideat, si non audiat, iam imbecillo existēte corpore, quicquid horū acciderit, in propinquo mors (est).

LAC.

5.39 Si mulier quæ neque grauida sit, neque peperit, LAC habeat, huic menstrua defecerunt.

5.52 Mulieri grauidæ si LAC multum e mammis effluxerit, imbecillum fœtum significat, at si solidæ mammæ fuerint, sauiorem fœtum significat.

5.64 LAC dare quibus caput dolet, malum (est); malum item febricitantibus, & quibus hypochondria eleuata murmurant; & sitibundis, malum etiam quibus (sunt) biliosæ dectiones in acutis febribus, & qui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

bus sanguinis multi deiectio facta est: congruit autem phthisicis qui non adeo multum febricitent dare etiam in febribus longis, leuibus, si nullum prædictorum signorum affuerit. & præter rationem extenuatis.

LACRYMO.

4.52 Qui in febribus aut in aliis morbis sponte LACRYMANT, nō absurdum (est); qui uero non sponte, absurdius.

LASSITVDO.

2.5 LASSITVDINES spontaneæ morbos nunciant.

2.48 LASSVS, A, VM,

In omni motu corporis, ubi (quis) laborare cœperit, quiescere statim LASSITVDINIS remedium (est).

4.31 Laßis in febribus circa articulos & malas maxime abscessus fiunt.

LETALE.

2.1. 4.22. 23. 24. 26. 34. 35. 46. 50. 5. 1. 2. 10. 11. 12. 30. 43. 6. 18. 7. 25.

LEVO.

2.27 Iis quæ non ex ratione LEVANT, non oportet fidere, neque timere multum mala quæ præter rationem eueniunt: plurima enim eiusmodi sunt instabilia; neque ad modum permanere, neque diu durare consueuerunt.

LEIENTERIA.

4.12 Quibus alui LEIENTERIA uexantur, eos hyeme purgare per superiora malum (est).

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

6.1 Longis LEIENTERIIS si accidus ructus successerit qui prius non fuerit, signum bonum.
6.43 Quicunque lienosi a dysenteria corripiuntur; ijs superueniente longa dysenteria, uel hydrops succedit, uel LIENTERIA, & moriuntur.
7.72 Dysenteriæ LIENTERIA succedit.

LIENOSVS, A, VM.

6.48 LIENOSIS dysẽteria si successerit, bonũ.
6.43 Quicunque LIENOSI a dysenteria corripiuntur; ijs superueniente longa dysenteria, uel hydrops succedit, uel lienteria, & moriuntur.

LINGVA.

7.40 Si LINGVA statim incontinens facta fuerit, aut attonita fuerit aliqua pars corporis, melancholicum tale (est)

LIPPIENS.

6.17 LIPPIENTEM diarrhœa correptum esse, bonum (est).

LVCTVOSVS, A, VM.

6.54 In acutis cum febre morbis LVCTVOSAE respirationes, malum.

LVMBI.

4.11 Quibus (sunt) intestinorum dolores, & iuxta umbilicũ labores, et LVMBORVM angor, quæ non soluuntur neque a medicamento purgante neque aliter, (iis malum) in hydropem siccam firmatur.
4.20 Non febricitantibus si euenerint intestinorũ dolor, et genuũ grauitas, & LVMBORVM angor, medicamẽto per inferiora purgãte opus esse significat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.73 Quibus hypochondria eleuata murmurant LVMBORVM dolore succedente, alui iis humectantur, nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo exeat. in febribus uero hæc (accidunt).

MAGNITVDO.

2.54 MAGNITVDINEM corporis inesse iuuenibus pulchrum est, neque indecens, senibus uero inutile, & peius, quàm si parui sint.

MALA, AE.

6.19 Cum discissum fuerit os, aut chartilago, aut neruus aut MALAE tenuis particula aut præputium, neque augetur, neque coalescit.

MALVM.

2.27 Iis quæ non ex ratione leuant, non oportet fidere, neque timere multum MALA, quæ præter rationē eueniunt: plurima.n. iusmodi sunt instabilia: neque ad mūod permanere, neque diu durare cōsueueunt.

MALE SE HABERE.

2.32 Magna ex parte omnes qui MALE SE HABENT, in principiis cibum bene capientes, & nihil proficientes, in fine rursus cibum non appetunt: qui uero in principiis cibum uehementer abhorrēt, postea autem bene cibum capiunt, melius degunt.

MAMMA. L. MVLIER.

MANIA, ID EST, FVROR.

6.56 In melancholicis morbis ad has partes decubitus (sunt) periculosi: aut corporis apoplexiam, aut conuulsionem, aut MANIAM, aut cæcitatē significant.

7.5 Post MANIAM dysenteria, aut hydrops,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

aut mentis alienatio, bonum.

MEDICAMENTVM PVRGANS. L. PVRGANS.

MEDICVS.

1.1 Vita breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. oportet autem non solum (MEDICVM) se ipsum præstare, ut ea quæ opus sunt, faciat, sed & ægrum, & aßidentes, & exteriora.

MELANCHOLIA. MELANCHOLICVS, A, VM.

4.9 MELANCHOLICOS autem uehementius per inferiora (purgabis), eadē ratione contraria adhibens.

6.11 MELANCHOLICIS & nephriticis si hæmorrhoides superuenerint, bonum.

6.21 Ex MELANCHOLIA insanientibus si uarices aut hæmorrhoides superuenerint, insaniæ (fit) solutio.

6.23 Si timor & mœstitia longo tempore perseuerent, MELANCHOLICVM tale (est).

6.56 In MELANCHOLICIS morbis ad has partes decubitus (sunt) periculosi: aut apoplexiam corporis, aut conuulsionem, aut maniam, aut cæcitatem significant.

7.40 Si lingua repente infirma facta fuerit, aut stupida fuerit aliqua pars corporis, MELANCHOLICVM tale (est).

MENS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

2.6 Quicunque dolentes parte aliqua corporis omnino, dolores non sentiunt, ijs MENS ægrotat.

7.5 Post maniam dysenteria, aut hidrops, aut ecystasis (.I. MENTIS alienatio), bonum.

MENSES. MENSTRVA. MVLIEBRES purgationes. L. MVLIER.

MICTIO.

4.83 MICTIO noctu si fiat multa, exiguam deiectionem significat.

MOESTITIA.

6.23 Si timor & MOESTITIA longo tempore durent, melancholicum id (existit):

MORBVS.

1.6 Ad extremos MORBOS extrema exquisite remedia optima (sunt).

1.7 Vbi igitur peracutus (est) MORBVS, extremos statim labores obtinet, & uictu ad extremum tenuißimo uti necesse est. ubi uero non, sed licet copiosiorem uictum exhibere, tantum declinandum (est a uictu tenui), quanto MORBVS mitior extremis fuerit.

1.12 Item urinæ & alui excrementa & sudores si superueniant, iudicant morbos et difficiles iudicatu & faciles, & breues & longos.

2.1 In quo MORBO somnus laborem facit, letale; si uero somnus iuuat, non letale.

2.8 Si quis post MORBVM cibum capiens, non corroboratur, significat pluri cibo corpus uti; si uero cibum non capienti id accidat, sciendum est, quod uacuatione indigeat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

2.31 *Si cui post* MORBVM *cibum bene capienti, nihil augeatur corpus, malum.*

2.12 *Quæ relinquantur in* MORBIS *post crisim, recidiuas facere cōsueuerunt.*

2.17 *Vbi cibi plus præter naturam ingestum est, id* MORBVM *facit: declarat autem (id) sanatio.*

2.19 *Acutorum* MORBORVM *non omnino tutæ (sunt) prædictiones neque salutis neque mortis.*

2.22 *Quicunque a repletione* MORBI *facti fuerint, (eos) euacuatio curat, & quicunque ab euacuatione, repletio: item aliorum oppositio.*

2.23 *Acuti* MORBI *iudicantur in quatuordecim diebus.*

2.29 MORBI *cū incipiūt, si quid mouēdū uidetur moue; cū uero cōsistūt ac uigent, quiescere melius est.*

2.30 *In* (MORBI) *initijs & finibus omnia imbecilliora, in uigore autem ualidiora.*

2.33 *In omni* MORBO *constare mente, & bene se habere ad cibos oblatos, bonum; contra uero, malum.*

2.34 *In* MORBIS *minus periclitantur quibus natura et habitu et ætate et tēpe* MORBVS *propinquus magis sit, q̄ qbus nō propinquus (sit) in horū aliquo.*

2.35 *In omnibus* MORBIS *partes ad ubilicum & imum uentrem attinentes, crassitudinem habere melius est; multum autem extenuari & contabescere, malum (est): periculosum uero hoc idem & ad purgationes quæ per inferiora fiunt.*

2.39 *Senes magna ex parte minus quam iuuenes ægrotant. quicūque aūt ipsis* MORBI *longi accidūt,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ut plurimm(eos)ad mortem comitantur.

3.1 *Mutationes temporũ maxime pariunt* MORBOS, *& in temporibus magnæ mutationes aut frigoris aut caloris, & alia secundum rationem eodem modo.*

3.3 MORBORVM *alii ad alios bene maléue se habent. item ætates quædam ad tempora & regiones, & uictum.*

3.4 *In temporibus, cum eodem die modo calor, modo frigus fuerit, autumnales* MORBOS *expectare oportet.*

3.7 *In siccitatibus febres acutæ fiunt. & si quidem magna ex parte talis annus fuerit, qualem fecit constitutionem, magna ex parte etiam* MORBOS *tales oportet expectare.*

3.8 *In moderatis temporibus cum tempestiue tempestiua fiunt, bene stabiles & boni iudicii* MORBI *fiunt; in immoderatis autem instabiles & mali iudicii.*

3.9 *In autumno* MORBI *acutißimi & exitiosißimi omnino(accidunt): uer autem saluberrimum et minime exitiosum.*

3.16 MORBI *uero in pluuiis magna ex parte fiunt, febresq; longæ, & alui fluxus, & putredines et epileptici, & apoplectici, & anginæ: in siccitatibus autem tabes, ophthalmiæ, arthritides, stranguriæ, & dysenteriæ.*

3.19 *Sed* MORBI, *omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, magis tamen quidam in aliquibus ipso-*

ipſorum & fiunt & irritantur.

3.28 Plurimi autem MORBI puerulis iudicantur, alij in 40 diebus, alii in ſeptem menſibus, alii in ſeptem annis, alii cum ad pubertatem accidunt: quicunque autem puerulis perdurauerint, nec circa pubertatem deſierint, aut fœminis circa menſtruorum eruptiones, (ii) conſeneſcere conſueuerunt.

L. AETAS. PVERI, PVERVLI, IVVENES, SENES. VER, AESTAS, AVTVMNVS, HYEMS. CONSTITVTIO.

4.10 Purgante medicamento uti (oportet) in ualde acutis (MORBIS), ſi materia turget, eodem die: cunctari enim in talibus malum (eſt).

4.22 MORBIS quibuslibet incipientibus, ſi bilis atra uel ſupra uel infra exierit, letale.

4.23 Quibus ex MORBIS acutis, aut ex longis, aut ex ictibus, aut alio quouis modo extenuatis, bilis atra aut uelutı ſanguis niger exierit, poſtridie moriuntur.

4.32 Quibus conualeſcentibus e MORBIS pars aliqua laborauerit, ibi abſceſſus fiunt.

4.33 Sed ſi (cui) etiam pars quædam doluerit prius quàm ægrotet, ibi firmatur MORBVS.

4.36 MORBI longitudinem ſignificant.

4.38 Ex qua parte corporis ſudor eſt, ibi MORBVM nunciant.

4.39 Et qua parte corporis frigus aut calor (eſt), ibi MORBVS (eſt).

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.42 *Sudor multus semper fluens, frigidus quidem longiorem; calidus uero, breuiorem* MORBVM *significat.*

4.51 *In febribus abscessus qui non soluunt in primis iudicationibus. longitudinem* MORBI *significant.*

4.57 *Qui a conuulsione, aut distẽtione infestatur, si (ei) febris successerit, soluit* MORBVM.

4.60 *Quibus in febribus aures obsurduerint, si sanguis e naribus fluxerit, aut aluus turbata fuerit, soluit* MORBVM.

5.57 *Menstruis aduenientibus immodicis* MORBI *contingunt: & non aduenientibus, ex utero fiunt* MORBI.

6.54 *In acutis* MORBIS *qui cum febre (sunt), luctuosæ respirationes, malum.*

6.56 *In melancholicis* MORBIS. L. MELANCHOLICVS.

7.1 *In acutis* MORBIS *frigiditas extremarum partium, malum.*

7.6 *Post longum* MORBVM *cibi fastidium et sinceræ deiectiones malum.*

7.31 *Quibus febricitantibus in urinis subsidentiæ fiunt ueluti crassæ farinæ, longum* MORBVM *significant.*

7.32 *Quibus uero biliosæ (nunc sunt) subsidentiæ (quæ fuerunt) prius tenues, acutum* MORBVM *significant.*

7.34 *Quibus in urinis superstant bullæ, nephriti-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ca significant, & longum MORBVM futurum.
7.35 Quibus uero pinguis (est) superficies & conferta, ijs nephriticos (MORBOS) & acutos significat.
7.49 Ab angina correpto tumor & rubor in pectore superueniens, bonum. extra enim uertitur MORBVS.
7.56 Anxietudinem, oscitationem, horrorem, uinum æquale æquali (aquæ mixtum) potum soluit MORBVM.

MOTVS. MOVEO.

2.48 In omni MOTV corporis ubi (quis) laborare cœperit, quiescere, statim laßitudinis remedium (est).
2.51 Aut aliter quomodocunque corpus MOVERE, periculosum. &c.
3.17 In oculis autem & corporibus difficilē MOTVM (efficiunt australes constitutiones) & aluos humectant.
4.14 Cum biberit quis elleborum, ad corporis quidem MOTVS magis ducere (oportet), ad somnos uero & ad non motus minus, indicat autem nauigatio quòd MOTVS corpora turbat.
4.15 Cum uelis magis ducere elleborum, MOVE corpus: cum uero cessare, somnum fac, & ne moue.

MVLIER. MVLIEBRIS. MENSTRA.

3.12 Si uero australis hyems & pluuiosa fuerit, uer autem siccum & aquilonium, MVLIERES

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

quibus partus ad uer (imminet), ex qualibet causa abortiunt: quæcunque autem pepererint, imbecillos & morbosos infantes parient, ita ut uel statim intereant uel graciles & morbosi uiuant, alijs uero dysenteriæ, & ophthalmiæ siccæ eueniunt, senioribus autem catarrhi breui intermittentes.

3.14 Si uero (autumnus) aquilonius fuerit & siccus, iis qui natura humidi sunt et MVLIERIBVS confert: reliquis uero opthalmiæ siccæ aderunt & febres acutæ, & longæ; quibusdam uero etiam melancholiæ.

5.28 MVLIEBRES purgationes educit suffitus aromatum: sæpe uero ad alia etiam utilis esset, nisi capitis grauitatem induceret.

4.1 (MVLIERES) grauidæ, si materia turget medicamentis purgandæ sunt quarto mense & usque ad septimum mensem, hæ autem minus: recentiores uero & prouectiores uereri oportet.

5.30 MVLIERI grauidæ, si ab aliquo ex acutis morbis corripiantur, letale.

5.31 MVLIER grauida, si ei secta fuerit uena, abortit; idque magis, si fœtus maior fuerit.

5.32 MVLIERI sanguinem euomenti si menstrua eruperint, (morbi fit) solutio.

5.33 MVLIERI menstruis deficientibus, si sanguis e naribus fluxerit, bonum.

5.34 MVLIERI grauidæ si aluus mimis fluxerit, periculum ei est abortiendi.

5.35 MVLIERI ab uteri strangulationibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

uexatæ aut ægre parienti, sternutatio superueniens bonum.

5.36 MVLIERI menstrua decolorata, neque eodem tempore semper exeuntia, purgatione opus esse significant.

5.37 MVLIERI grauidæ si statim mammæ graciles factæ fuerint, abortit.

5.38 MVLIERI grauidæ si altera mamma gracilis facta fuerit geminos habenti alterum abortit: & si dextra gracilis facta fuerit, marem; si uero sinistra fœminam,

5.39 Si MVLIER quæ neque grauida sit neque pepererit, lac habet, huic menstrua defecerunt.

5.40 MVLIERIBVS, quibus ad mammas sanguis conuoluitur, maniam significat.

5.41 MVLIEREM si nosse uelis, an sit prægnans; cum sit dormitura non sine cœna, ei melicratum da bibere: & si tormina uentris ipsam corripiant, grauida est; sin minus, grauida non est.

5.42 MVLIER prægnans si marem gerit, bene colorata est; si uero fœminam, male colorata.

5.43 Si MVLIERI grauidæ erysipelas in utero factum fuerit, letale.

5.44 Quæ præter naturam tenues sunt grauidæ (MVLIERES), abortiunt bimestres priusquàm crassescant.

5.45 Quæcunque (MVLIERES) mediocrem habitum corporis habentes abortiũt bimestres aut trimestres sine causa manifesta; ijs uteri acetabula mu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

core plena sunt, & non possunt sustinere præ grauitate fœtum, sed abrumpitur.

5.46 Quæ (MVLIERES) præter naturam crassæ non concipiunt utero, iis omentum os uteri deprimit, & ante quàm extenuentur, non concipiunt.

5.47 Si (MVLIERI) uterus, qua parte coxæ incumbit, suppurauerit, necesse est emmoton factum esse. (Emmoton est medicamentum liquidum, quod linamentis quæ Græce μοτὰ uocantur, excipitur, & in ulcera mittitur.

5.48 Fœtus (in MVLIERIBVS) mares quidem in dextris, fœminæ uero in sinistris magis (continentur.)

5.49 Vt secundæ excidant (MVLIERI), sternutatorio apposito apprehende nares & os.

5.50 MVLIERI menstrua si uelis sistere, cucurbitam quàm maximam sub mammis applica.

5.51 Quæ grauidæ sunt (MVLIERES), ijs uteri os coarctatum est.

5.52 MVLIERI grauidæ si lac multum e mammis fluxerit, imbecillum fœtum significat: si uero solidæ mammæ fuerint, saniorem fœtum significant,

5.53 Quæ (MVLIERES) dispersuræ sunt fœtus; ijs mammæ tenues fiunt: at si duræ factæ fuerint, dolor erit aut in mammis, aut in coxis, aut in genibus, aut in oculis, & non abortiunt.

5.54 Quibus (MVLIERIBVS) os uteri durum est, iis necesse est os ueteri coarctari.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.54 *Quæ grauidæ a febribus corripiuntur* (MVLIERES) *& uehementer extenuantur sine causa manifesta,(eæ) ægre & periculose pariunt, aut abortientes periclitantur.*

5.56 *Fluori* MVLIEBRI *si cõuulsio & animi defectus successerint, malum.*

5.57 (MVLIERIBVS) *menstruis aduenientibus immodicis, morbi contingunt; & si non aduenerint, ab utero morbi fiunt.*

5.58 *Recto intestino & utero* (*in* MVLIERE) *inflammatis, stillicidium urinæ succedit, item renibus suppuratis stillicidium urinæ succedit, & hepati inflammato singultus succedit.*

5.59 MVLIER *si non concipiat in aluo, uelis autem scire an conceptura sit, obuoluens eam uestimẽtis suffi ab imo; & si transire tibi uideatur odor per corpus ad nares & ad os, scito ipsam non ex se ipsa esse sterilem.*

5.60 *Si* MVLIERI *grauidæ, purgationes* (*menstruæ*) *exeant, impoßibile est fœtum esse sanum.*

5.61 *Si* MVLIERI *purgationes* (*menstruæ*) *non exeant, neque si horror neque febris successerit, cibi autem fastidia incidant, eam grauidam esse existima.*

5.62 *Quæ frigidos & densos uteros habent* (MVLIERES), *non concipiunt; extinguitur enim in eis genitura, & quæ ualde siccos & efferuescẽtes, defectu enim alimenti corrumpitur semen: quæ uero ex utrisque mediocrem habent tẽperaturã, tales fœcũdæ fiunt.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.63 Similiter uero & in maribus (euenit, ut in MVLIERIBVS.) aut enim propter corpors raritatem spiritus extra fertur, ita ut semen non emittatur, aut ob densitatem huomor non abit foras; aut ob frigiditatem non excalescit ut in eum locum congregetur; aut ob caliditatẽ illud idem euenit.

5.69 Refrigerationes incipiunt MVLIERIBVS quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput, uiris autem magis in posteriore quàm in anteriore parte corporis ut in cubitis & coxis. sed & cutis (horum est) rara: ostendit autem id pilus.

6.29 MVLIER podagra non laborat, nisi ei menstrua deficiant.

7.27 MVLIERI grauidæ tenesmus si successerit, (eam) abortire facit.

7.43 MVLIER ambidextra non fit.

MVTATIO.

3.1 MVTATIONES temporum maxime pariunt morbos, & in temporibus magnæ MVTATIONES aut frigoris aut caloris, & alia secundum rationem eodem modo.

4.40 Et ubi in toto corpore MVTATIONES fiunt, & modo corpus frigescat, modo calescat, aut color alius ab alio fiat, longitudinem morbi significant.

MVTVS.

6.51 Quibus sanis dolores fiunt repente in capite & statim MVTI fiunt, & stertunt, moriuntur in septem diebus, nisi (eos) febris apprehenderit.

7.34 Quibus in urinis superstant bullæ, (ijs) NE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

PHRITICA *significant,& longum morbum fore.*

7.75 *Quibus uero pinguis insidentia & conferta, iis* NEPHRITICA *& acuta significat.*

7.36 *Quibus autem* NEPHRITICIS *prædicta accidunt signa, doloresque circa spinæ musculos fiunt, si quidem circa loca exteriora fiant, abscessus etiam exteriores fore expecta; si uero magis dolores circa loca interiora fiant, abscessum quoque interiorem magis fore expecta.*

NARES.

6.2 *Quibus* NARES *natura (sunt) humidiores & genitura humidior, (iis) peius ualent; quibus uero contra, melius.*

NATVRA.

3.2 NATVRARVM *aliæ æstate, aliæ hyeme bene aut male afficiuntur.*

NEPHRITICVS.

6.11 *Melancholicis &* NEPHRITICIS *si hæmorrhoides superuenerint, bonum.*

NERVORVM DISTENTIO. L. DISTENTIO.

NERVORVM CONVVLSIO. L. CONVVLSIO.

NERVVS.

6.19 *Vbi* NERVVS *discissus fuerit, neque augetur, neque coalescit.*

7.28 NIMIVM.

2.51 *Omne* NIMIVM *naturæ (est) inimicum.*

NIX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

5.24 Frigida ut NIX & glacies, (sunt) pectori inimica, tusses mouent, sanguinem fundunt, & catarrhos excitant.

NOCTV.

4.83 Mictio NOCTV si fiat multa, exiguam deiectionem significat.

5.27 Quibus bibendi appetitus NOCTV (adsunt), iis ualde sitientibus, si obdormierint, bonum.

NVTRIO,

2.9 Impura corpora quo magis NVTRIES, (eo) magis lædes.

2.18 Eorum quæ confertim & cito NVTRIVNT, citæ etiam excretiones fiunt.

2.15 Si uero (excretiones) similes sanis fiant, tutum est corpus NVTRIRE.

OCCASIO.

1.1 Vita breuis, ars longa, OCCASIO præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. &c.

OCVLI.

6.22 Considerare autem oportet & ea quæ leuiter appareant in OCVLIS dormiētium: si enim commissis palpebris albi aliquid apparet, quod ex diarrhœa aut medicaminis purgantis potione non proueniat, prauum signum (est) & ualde letale.

6.31 Dolores OCVLORVM meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut uenæ sectio aut medicamentum purgatorium soluit.

7.46 Dolores OCVLORVM, ubi merum bibe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ris, & multa (aqua) calida laueris, uenæ ſectione curato.

7.3 Poſt uomitum, ſingultus, & OCVLI rubri, malum.

OMENTVM.

6.58 Si OMENTVM exciderit, neceſſe eſt ut putreſcat.

OMNIA.

2.52 OMNIA ratione facienti, & (ipſis) ratione non ſuccedentibus, ad aliud non eſt tranſeundum, manente eo quod principio uiſum fuerit.

OPORTET.

1.1 OPORTET uero (MEDICVM) non ſolum ſe ipſum præſtare, ut ea quæ neceſſaria ſunt, faciat, ſed ægrotum etiam, & eos qui adſunt, & ea quæ extrinſecus (contingunt).

OSCITATIO. L. ANXIETVDO.

OS, OSSIS.

9.19 Vbi diſciſſum fuerit os, aut chartilago, aut neruus, aut malæ particula tenuis, aut præputium, neque augetur neque coaleſcit.

7.28 Quodcunque os, aut chartilago, aut neruus diſciſſus fuerit in corpore, neque augetur neque coaleſcit.

6.45 Vlcera quæcunque annua fiunt, aut longiore tempore durant, neceſſe eſt (in ijs) os abſcedere, & cicatrices cauas fieri.

7.21 Super OSSE ægrotante caro liuida, malum.

7.19 Poſt OSSIS denudationem eryſipelas,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

(*malum*).

7.24 *Post* OSSIS (*in capite*) *discißionem, desipientia*(*fit*), *si uacuum apprehenderit.*

7.73 *Post corruptionem,* OSSIS *abscessus* (*succedit*).

PAROXYSMI. L. ACCESSIONES.

PAVLATIM.

2.51 *Quod uero* PAVLATIM *fit, tutum*(*id est*), *præsertim ubi quis ex una re in aliam transeat.*

PERIPNEVMONIA.

6.16 *Pleuritide aut* PERIPNEVMONIA *laboranti si diarrhœa succedat, malum.*

7.11 *Post pleuritin* PERIPNEVMONIA *malum,*

7.12 *Post* PERIPNEVMONIAM *phrenitis, malum.*

PHLEGMA.

7.30 *Quibus* (*sunt*) *spumosa excrementa in diarrhœis, iis a capite* PHLEGMA *defluit.*

7.54 *Quibus inter septum transuersum & uentrem* PHLEGMA *residet, & dolorem præbet, ut pote quòd exitum non habeat, ne ad alterum quidem uentrem; ijs per uenas ad uesicam uerso* PHLEGMATE, *solutio fit morbi.*

7.29 *Si ci qui* PHLEGMATE *albo detinetur, diarrhœa successerit uehemens; soluit morbum.*

7.70 *Albo* PHLEGMATI *hydrops succedit.*

PHRENITICI. PHRENITIS.

4.72 *Quibus urinæ perspicuæ,* (&) *albæ, malæ,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

maxime uero in PHRENITICIS *si appareant.*
7.12 *Post perineumoniam* PHRENITIS, *malum.*

PHTHISICI. PHTHISIS.

4.8 PHTHISICOS *uitans, ne unquam ad supernas purgationes duxeris.*
5.9 PHTHISIS *accidit ijs maxime qui sunt in ætatibus ab anno decimo octauo usque ad* XXXV.
5.11. *His qui* PHTHISIBVS *uexantur, si sputum quod extußierint, graue oleat carbonibus infusum, & capilli a capite fluant, letale.*
5.12 *Quibus* PHTHISICIS *capilli a capite fluant, ij diarrhœa superueniente moriuntur.*
5.13 *Qui sanguinem spumantem expuunt, ijs a pulmone talis reiectatio fit.*
5.14 PHTHISICO *si diarrhœa superuenenerit, letale.*
5.15 *Qui ex pleuritide empyi fiunt, si per sputa expurgantur in quadraginta diebus, ex quo ruptio facta fuerit, liberantur: si uero non, in* PHTHISIS *transferuntur.*
5.63 (Lac) *congruit* PHTHISICIS *qui non admodum febricitant.*
7.16 *Post puris sputum* PHTHISIS *& effluxus: cum uero sputum retinetur, moriuntur.*

PINGVIS.

7.35 *Quibus (in urina inest)* PINGVIS *instãtia & cõgesta, ijs renũ morbos & acutos significat.*

PLEVRITICI. PLEVRITIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

2.12 In PLEVRITICIS *sputum si statim appareat morbi initio,(morbus) fit breuis: si uero post, prorogatur.&c.*

5.8 *Quicunque* PLEVRITICI *facti per superiora non purgantur in quatuordecim diebus,ijs in empyema(morbus)transmutatur.*

5.15 *Qui ex* PLEVRITIDE *empyi fiunt, si per sputa expurgantur in 40 diebus,ex quo ruptio facta fuerit, liberantur : si uero non,in phthisin transeunt.*

6.16 PLEVRITIDE *aut peripneumonia laboranti si diarrhœa successerit,malum.*

6.33 *Qui acidum ructum habent , non admodum* PLEVRITICI *fiunt.*

7.11 *Post* PLEVRITIN *peripneumonia, malum.*

PLVRIMVM.

2.51 PLVRIMVM *& repente uacuare aut replere,aut calefacere,aut refrigerare, aut aliter quomodocunque corpus mouere,periculosum.nam & omne nimium naturæ(est) inimicum.quod uero paulatim fit,tutum(id est),præsertim ubi qui ex una re in aliam transeat.*

PLVVIA. L. CONSTITVTIO. L. HYEMS.

3.15 *Inter anni constitutiones in summa siccitates* PLVVIIS *sunt salubriores , minus letales .*

3.16 *Morbi in* PLVVIIS *quidem magna ex parte fiunt,& febres longæ,& alui fluxiones,& pu*

tredines & epileptici, & apoplectici, & anginæ: in siccitatibus autem, phthisies, ophthalmiæ, arthritides, stranguriæ, & dysenteriæ.

PODAGRA.

6.28 Eunuchi PODAGRA non laborant, neque calui fiunt.

6.29 Mulier PODAGRA non laborat, nisi ei menstrua deficiant,

6.30 Puer PODAGRA non laborat, prius quàm uenere utatur.

6.49 Quæcunque PODAGRICI morbi fiunt, ij sedata inflammatione, in quadraginta diebus finiunt.

6.55 PODAGRICI morbi uere & autumno magna ex parte mouentur.

POTATIO.

7.7 Ex multa POTATIONE (uini), rigor et desipientia, malum.

POTVS.

2.11 Facilius (est) impleri POTV, quàm cibis.

2,38 Paulo deterior POTVS & cibus, suauior autem, melioribus & insuauioribus magis (est) expetendus.

PRAEGNANS. L. MVLIER,

5.30. 5.31. 5.34. 5.37 5.38. 5.41. 5.42. 5.43. 5.48. 5.59 5.61.

PRINCIPIVM.

2.30 Circa uero (morborũ) PRINCIPIA et fines, omnia imbecilliora, circa uigorem autem ue

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

hementiora.

PVER. PVERVLVS.

2.45 *Epilepticos* PVEROS *liberant mutatio nes maxime ætatis, & locorum, et uictuum.*

3.24 *In ætatibus talia accidunt, paruis quidem et nuper natis* PVERVLIS *aphthæ (quæ sunt serpentia oris ulcera) uomitus, tusses, uigiliæ, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.*

3.25 *ijs uero* (PVERIS), *qui ad dentiendum accedunt, (accidunt) gingiuarum pruritus, febres, conuulsiones, diarrhœæ, & maxime cum caninos dentes edunt, & ijs* PVERIS *qui craßißimi sunt, & ijs qui aluos duras habent.*

3.26 *Adultioribus autem factis* (PVERIS *fiunt) tonsillæ, uertebræ quæ in occipitio (est), ad interiora luxationes, asthmata, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, acrochordones (id est uerrucæ pensiles) satyriasmi, strumæ, & alia tubercula, præcipue uero ante dicta.*

3.27 *Adhuc uero adultioribus* (PVERIS), *& ad pubertatem accedentibus, & horum (prædictorum morbi accidunt) multi, & febres longæ magis, & e naribus sanguinis fluxus.*

3.28 *Plurimi autem* PVERVLIS *morbi iudicantur, alij quidem in quadraginta diebus, alij uero in septem mensibus, alij in septem annis, alii cum ad pubertatem accedunt: quicunque autem (morbi)* PVERVLIS *perdurauerint, neque circa pubertatem desierint aut fœminis circa (primas) mensium eruptiones*

nes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

nes,(ii)longo tempore durare consueuerunt.

6.30 PVER *podagra non laborat ante usum Veneris.*

PVLMO.

5.10 *Qui anginam effugiunt, ad* PVLMONEM *iis(malum)uertitur, & in septem diebus pereunt: si uero hos effugerint, empyi fiunt.*

PVLSVS.

7.21 *Post uehementem in ulceribus* PVLSVM, *multa(fit)sanguinis eruptio.*

PVRGARE PVRGATIO, PVRGANS MEDICAM. L. DEIECTIO. & L. EXCRETIO. & L. EVACVATIO.

1.2 *In perturbationibus uentris & uomitibus qui sua sponte eueniunt, si qualia* PVRGARI *oportet,* PVRGANTVR, *conferto͂q; & facile ferunt; sin minus, contra: sic & uasorum euacuatio, si qualis fieri oportet, fiat, confertq́;, & breue se habent; sin minus, contra: habere ergo oportet rationem & regionis & temporis & ætatis, & morborum, in quibus oportet, aut non.*

1.3 *Similiter uero & euacuationes quæ ad extremum agunt, periculosæ. &c.*

1.20 *Quæ iudicantur & iudicata sunt integre, non(oportet)mouere, neque nouare neque medicamentis, neque aliis irritamentis sed sinere.*

1.21 *Quæ educenda sunt: quo maxime tendit natura eo educenda, per (ea uidelicet) loca quæ conferunt.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

1.22 Concocta PVRGANTE medicamento uacuare & mouere (oportet), non (ea quæ sunt) cruda neque in morborum principiis nisi (humores) turgeant: ut plurimum uero non turgent.

1.23 Quæ euacuantur, non multitudine sunt æstimanda, sed quòd qualia oportet, euacuantur, et (æger) fert facile. atque ubi oportet, usque ad animi deliquium educendum est, & hoc faciendum, si perdurauerit æger.

1.24 In acutis morbis raro, & in principiis utendum est medicamentis PVRGANTIBVS: idque præmisso diligenti iudicio faciendum.

1.25 Si qualia oportet PVRGARI, PVRGANTVR, & confert, & facile ferunt (ægrotantes) contra uero, grauiter.

2.8 Si quis post morbum cibum capiens, non corroboratur, significat pluri cibo corpus uti; si uero cibũ non capiente id accidat, sciendum est, quod uacuatione indigeat.

2.9 Non pura corpora quo magis nutries. (eo) magis lædes.

2.10 Corpora ubi aliquis PVRGARE uult, oportet fluida facere.

2.17 Vbi cibus magis præter naturam ingestus est, is morbum facit: declarat autem (ipsum) sanatio (id est, euacuatio.)

2.22 Ex repletione morbos, quicunque fiant, uacuatio sanat; quicunque uero ex uacuatione, repletio: item aliorum oppositio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

2.29 Morbi cum incipiunt,siquid mouendum uidetur,moue;cum uero consistunt,ac uigent,quiescere melius est.

2.30 In morbi initiis & finibus omnia(sunt) imbecilliora;in uigore autem,ualidiora.

2.35 In omnibus morbis partes ad umbilicum & ad imum uentrem attinentes craßitudinem habere melius est:multum autem extenuari & contabescere malum(est):periculosum uero hoc idem & ad PVRGATIONES quæ per inferiora fiunt.

2.36 Sana habẽtes corpora,si medicamẽtis purgentur,exoluuntur celeriter,& qui prauo cibo utuntur.

2.37 Qui corpora habent commoderata,(ii sunt) PVRGATV difficiles.

2.51 Plurimum & repente uacuare, aut replere, aut calefacere,aut refrigerare aut aliter quomodocunque corpus commouere periculosum:& (enim) omne nimium naturæ (est) inimicum:quod uero paulatim fit,tutum(id est), præsertim ubi quis ex una re in aliam transeat.

4.1 Grauidas(mulieres),si(materia)turget medicamentis PVRGARE conuenit quarto mense & usque ad septimum mensem;hæ autem minus : recentiores uero & prouectiores uereri oportet.

4.2 In medicamentis PVRGANTIBVS talia ex corpore(oportet)educere, qualia etiam sponte exeuntia utilia essent;quæ uero contra,cohibere.

4.3 Si qualia oportet PVRGARI.&c.

4.4 Medicamentis PVRGARE(oportet)æsta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

te quidem uentres superiores, hyeme uero inferiores.

4.5 Sub cane & ante canem molesta sunt PVRGANTIA medicamenta.

4.6 Graciles & ad uomitum faciles per superiora PVRGARE (conuenit), cauentes hyemem.

4.7 Ad uomitum autem difficiles & mediocriter carnosos per inferiora (PVRGARE conuenit) cauentes æstatem.

4.8 Tabidos cauens, ad supernas PVRGATIONES ne unquam duxeris.

4.9 Melancholicos autem uehementius per inferiora (PVRGABIS), eadem ratione contraria adhibens.

4.10 Medicamentis PVRGARE in ualde acutis (morbis) si (materia) turget, eadem die (conuenit:) cunctari enim in talibus malum (est),

4.11 Quibus (insunt) tormina, & circa umbilicum labores, & lumborum dolor, qui non soluatur neque a medicamento PVRGANTE neque aliter, (ijs) in hydropem siccam firmatur.

4.12 Quibus alui lienteria laborant, (eos) hyeme per superiora PVRGARE malum (est).

4.13 Ad elleboros (sumendos) ijs qui non facile per superiora PVRGANTVR, ante potionem præhumectanda sunt corpora uberiore cibo & quiete.

4.14 Cum biberit quis elleborum, ad motus quidem corporis magis ducere (oportet), ad somnos uero & ad quietem minus: indicat autem nauigatio motum turbare corpora.

4.15 Cum uelis magis ducere elleborum, corpus moue; cum uero sistere, somnum inducas, & ne moueas.

4.16 Elleborus periculosus (est) carnes sanas habentibus: conuulsionem enim efficit.

4.17 Si non febricitanti. (accidant) cibi inappetentia, & cordis morsus, & uertigo, & os amarum (fuerit, eum) medicamento per superiora PVRGANTE indigere significat.

4.18 Dolores supra septum transuersum qui PVRGATIONE egent, medicamento per superiora PVRGANTE egere significant: qui uero infra, per inferiora.

4.19 Qui in PVRGANTIVM medicaminum potionibus non sitiunt, dum PVRGANTVR, non desinunt, prius, quàm sitiuerint.

4.20 Non febricitantibus si accidant tormina & genuum grauitas & lumborum dolor, medicamento per inferiora PVRGANTE opus esse significant.

4.21 Deiectiones nigræ, ueluti sanguis niger, sua sponte prodeuntes & cum febre & sine febre pessimæ: & quo plures & peiores colores fuerint, eo peius, cum medicamento autem melius: & quo plures colores fuerint, (eo) minus prauæ (erunt).

4.25 Sanguis ex superioribus partibus qualiscunque fuerit, malum;

4.25 Ex inferioribus uero bonum. item si nigra per inferiora exeant, malum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.22 Morbis quibuslibet incipientibus, si bilis nigra uel supra uel infra exierit, letale.

4.23 Quibus ex morbis acutis aut ex longis aut ex uulneribus, aut alio (quouis) morbo extreme imbecillibus, bilis atra, aut qualis sanguis niger exierit, postridie moriuntur.

4.24 Dysenteria si a bile atra inceperit, letale.

4.26 Si ei qui dysenteria detinetur, ueluti carnes per inferiora exierint, letale.

4.27 Quibus in febribus sanguinis multitudo alicunde eruperit, ijs dum reficiuntur, alui humectantur.

4.28 Quibus (sunt) biliosæ deiectiones, (ijs) surditate superueniente cessant; & quibus surditas, deiectionibus superuenientibus cessat.

4.83 Micto noctu multa si fiat, exiguam deiectionem significat.

5.1 Conuulsio ex elleboro, letale.

5.4 Ex immodica PVRGATIONE conuulsio aut singultus si successerit, malum.

5.15 Qui ex pleuritidæ empyi fiunt si per sputa PVRGANTVR in quadraginta diebus ex quo ruptio facta fuerit, liberantur: si uero non, in phthisin transeunt.

5.29 Grauidas mulieres medicamentis PVRGARE &c.

5.34 Mulieri grauidæ si aluus nimis fluat, periculum (est ei) abortiendi.

5.36 Mulieri menstrua decolorata, neque eodem tempore semper exeuntia PVRGATIONE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

opus esse significant.

5.61 Si mulieri (menstruæ) PVRGATIONES non &c.

6.31 Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut uenæ sectio, aut PVRGANS medicamentum soluit.

6.39 Conuulsio fit uel ex repletione uel ex inanitione. sic uero etiam singultus.

6.47 Quibus uenæ sectio aut medicamentum confert, ijs uerno tempore conuenit sanguinem mittere aut medicamenta PVRGANTIA adhibere.

7.25 Ex PVGARNTIS medicamenti potione conuulsio, letale,

7.64 Et quibus deiectiones si stare permiseris, & non moueris, subsistunt ueluti strigmenta: & si exigua fuerint, exiguus morbus fit: si uero multa multus. iis confert PVRGARE aluum. sed si non purgata aluo, sorbitiones dederis, nocebis: & quo magis dederis (eo) magis nocebis.

7.65 Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, & cruentæ, & biliosæ, & fœtidæ, omnes malæ: & quæ bene exeunt, bonæ tum per uentrem tum per uesicam: & ubi aliquid quod excernitur, steterit non PVRGATVM, malum.

7.66 Corpora oportet, cum quis uult (ea) PVRgare, fluida facere: & si quidem per superiora, aluum sistere. si uero per inferiora, aluum humectare.

PVS.

2.47 In PVRIS generatione dolores & febres

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

(magis accidunt, quàm (iam) genito.

4.75 Si (quis) sanguinem aut PVS mingat, renum aut uesicæ ulcerationem significat.

6.41 Quibus suppuratio aliqua existens in corpore, delitescit, iis puopter craßitudinem puris aut loci delitescit.

7.15 Post sanguinis sputum PVRIS sputum malum.

7.16 Post PVRIS sputum, phthisis & fluxus: cum uero sputum retinetur, moriuntur.

PVSTVLA.

6.9 Latæ PVSTVLAE non ualdæ pruriunt.

PVTREDO.

7.20 Post erysipelas, PVTREDO aut suppuratio malum.

QVARTANA.

2.25 Aestiuæ QVARTANAE magna ex parte fiunt breues, autumnales uero longæ, præsertim quæ hyemem attingunt.

5.70 Qui a QVARTANA capiuntur, non admodum a conuulsione capiuntur: si uero capiantur prius, deinde successerit QVARTANA, liberantur.

QVOTIDIANVS.

3.17 QVOTIDIANAE autem constitutiones &c.

L. CONSTITVTIO.

RATIO.

2.52 Omnia secundum RATIONEM facienti

& (ipsis) non succedentibus secundum RATIO-
NEM, non est transeundum ad aliud, manente eo quod principio uisum fuerit.

RAVCITAS.

2.40 RAVCITATES & grauedines ualde senibus non concoquuntur.

RECIDIVA,

2.12 Quæ relinquantur in morbis post iudicationem, RECIDIVAS facere consueuerunt.

4.36 Sudores febricitantibus si inceperint, boni tertio (die) & quinto & septimo & nono & undecimo et quartodecimo et decimoseptimo et uigesimoprimo & uigesimoseptimo & .31. & trigesimoquarto ii enim sudores morbum indicant; qui autem non sic eueniunt, laborem significant, & longitudinem morbi & RECIDIVAS.

4.61 Febricitantem nisi imparibus diebus febris dimiserit, (ea) redire solet.

REFECTIO.

1.3 REFECTIONES quæ in extremo fuerint, (sunt) periculosæ.

REFRIGERO.

Quæ REFRIGERATA sunt, ea excalfacere oportet, præter ea quæ sanguinem fundunt, aut fusura sunt.

REFRIGERATIO.

5.69 REFTIGERATIONES incipiunt mulieribus quidem & lumbis magis & per dorsum ad caput, uiris autem magis in posteriore quàm in ante-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

riore parte corporis, ut in cubitis & coxis. sed & cutis horum (est) rara. ostendit autem id pilus.

REGIVS MORBVS. L. ICTERICVS.

4.62 Quibus in febribus morbus REGIVS superuenit ante diem septimum, malum.

4.64 Quibus in febribus septimo uel nono uel undecimo uel quartodecimo morbus REGIVS successerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium durum fuerit: si uero non, malum, (&) non bonum.

RELINQVO.

2.12 Quæ RELINQVVNTVR in morbis post crisin, recidiuas facere consueuerunt.

RENES.

4.76 Quibus in urina crassa existente caruncule exiguæ aut ueluti capilli una exeunt, ijs a RENIBVS excernuntur.

4.78 Quicunque repente sanguinem mingunt, iis a RENIBVS uenulæ ruptionem significat.

5,58 RENIBVS suppuratis succedit urinæ stillicidium &c.

6.6 RENVM & uesicæ uitia difficulter sanantur senioribus.

6.11 Melancholicis & RENVM morbo affectis si hæmorrhoides successerint, bonum.

7.34 Quibus in urinis superstant bullæ, (iis) RENALEM ægritudinem & longam fore significant.

7.35 Quibus uero pinguis (in urinis) insidentia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

& conferta, iis RENVM uitia & acuta significat.

7.36 Quibus autem nephriticis prædicta accidunt signa doloresq; circa spinæ musculos fiunt, siquidem circa loca exteriora fiant, abscessus etiam exteriores fore expecta: si uero magis dolores circa loca interiora fiant, abscessum quoque interiorem magis fore expecta.

REPLETIO.

1.4 Etenim REPLETIONES extremæ, graues.

2.4 Non REPLETIO, non fames neque aliud quicquam bonum (est), quod nimium a natura excesserit.

6.39 Conuulsio fit uel a REPLETIONE uel ab inanitione: similiter uero & singultus.

2.22 Ex REPLETIONE morbos quicunque contingerint, sanat euacuatio; & quicunque ex euacuatione, REPLETIO, item aliorum (oppositorum) oppositio.

RESPIRATIO.

6.54 In acutis morbis qui cum febre existunt, luctuosæ RESPIRATIONES, malum.

4.68 In febribus spiratio offendens malum: conuulsionem enim significat.

RIGOR.

4.29 Quibus in febribus sexto die RIGORES fiunt, difficilis (sunt) iudicii.

4.46 Si RIGOR incidit febre non deficiente ægro iam imbecillo, letale.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.58 Ei qui ardente (febre) laborat, si RIGOR superuenerit, (morbi fit) solutio.

4.63 Quibus in febribus quotidie RIGORES eueniant, quotidie febres soluuntur,

7.7 Ex multa potatione (uini) RIGOR & desipientia malum.

RISVS.

6.53 Deliria quæ cum RISV fiunt, tutiora; quæ uero serio, periculosiora.

RVPTIO.

6.22 Quicunque ex RVPTIONIBVS dolores a dorso ad cubitus descendunt, eos uenæ sectio soluit.

SANGVIS.

4.25 SANGVIS per superiora quidem qualiscunque fuerit, malum, per inferiora autem bonum: & deiectiones nigræ malum.

4.23 Quibus in febribus SANGVINIS multitudo alicundæ eruperit, ijs dum reficientur, alui humectantur.

4.60 Quibus in febribus aures obsurduerint, (ijs) SANGVIS e naribus fluens aut aluus turbata morbum soluit.

4.74 Quibus spes est ad articulos fore abscessum, liberat ab abscessu urina quæ fit multa et crassa & alba, ut in laboriosis febribus quarto die nonnullis fieri incipit, si uero & ex naribus SANGVIS fluxerit, & breui admodum soluitur (æger).

4.75 Si (quis) SANGVINEM aut pus mingat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

renum aut uesicæ ulcerationem significat.

4.78 Quicunque repente SANGVINEM mingunt, ijs a renibus uenulæ ruptionem significat.

4.80 Si (quis) SANGVINEM mingat, & grumos, & urinæ stillicidium habeat, & dolor incidat super imum uentrem & pectinem & interfœmineum ea quæ circa uesicam sunt, laborant.

4.81 Si (quis) SANGVINEM & pus mingat squamulasq́;, & odor grauis fuerit, uesicæ ulcerationem significat.

5.3 SANGVINE multo fluente, si conuulsio aut singultus successerit, malum.

5.13 Qui SANGVINEM spumosum expuunt, ijs ex pulmone talis reiectio fit.

5.19 Quæ refrigerata sunt, (ea) excalfacere oportet, præter ea quæ SANGVINEM fundunt, aut fusura sunt.

5.23 In ijs oportet frigida uti, unde SANGVIS large effluxurus est, non super ipsas partes, sed circa ipsas, unde profluit. item quæcunque inflammationes aut efferuescentiæ ad rubrum & subcruentum uergentes recenti SANGVINE super his quippe ueteres denigrat. & erysipelas non ulceratum (curat), nam ulceratum lædit.

6.22 Quicunque ex ruptionibus dolores è dorso ad cubitus descendunt, (eos) soluit SANGVINIS mißio.

6.31 Dolores oculorum meri potio, aut bal-

neum aut fomentum aut SANGVINIS *mißio aut purgans medicamentum soluit.*

7.46 Ad Dolores *oculorum ubi merum biberis, & multa calida laueris,* SANGVINEM *mittito.*

6.36 Dysuriam *soluit* SANGVINIS *mißio: incidere autem (oportet) interiores (in cruribus uenas).*

6.47 Quibus SANGVINIS *mißio aut purgans medicamentum confert, iis uerno tempore conuenit* SANGVINEM *mittere, aut purgans medicamentum exhibere.*

7.9 Post SANGVINIS *fluxum delirium aut etiam conuulsio, malum.*

7.15 Post SANVINIS *sputum puris sputum malum.*

7.21 Post *uehementem pulsum in ulceribus,* SANGVINIS *(fit) multa eruptio.*

7.37 Qui SANGVINEM *uomunt, si sine febre, salubre (est); sin cum febre, malum. curare autem (ipsos oportet) adstringentibus & refrigerantibus.*

5.24 Frigida, *ueluti nix & glacies, pectori (sunt) inimica, tusses mouent,* SANGVINIS *fluxum faciunt, & catarrhos.*

5.31 Mulier *grauida, si ei* SANGVIS *mittatur, abortit, & magis si maior fuerit factus.*

5.32 Mulieri SANGVINEM *uomenti si menstrua eruperint, (mali fit) solutio.*

5.33 Mulieri *menstruis deficientibus si* SANGVIS *e naribus fluxerit, bonum.*

5.40 Mulieribus *quibus ad mammas* SANGVIS

conuoluitur, maniam significat.

5.64 Lac præterea malum est iis quibus in acutis febribus biliosæ sunt deiectiones, & quibus SANGVINIS multi deiectio facta est. &c.

6.20 Si in cauitatem (aliquam) SANGVIS præter naturam effusus fuerit, necesse est corrumpatur.

7.48 Stranguriam & dysuriam uini potio & SANGVINIS mißio solutt. incidere autem (oportet) interiores (in cruribus uenas).

7.74 Post SANGVINIS uomitum phthisis & puris per superiora purgatio; post phthisin fluxio ex capite, post fluxionem diarrhœa, post diarrhœam retentio per superiora purgationis; post retentionem mors.

7.75 Post SANGVINIS sputum, puris sputum & fluxio: ubi uero saliua retinetur, moriuntur. &c.

SANVS.

2.36 Qui SANO sunt corpore si medicamentis purgantur, exoluuntur celeriter, item qui prauo utuntur cibo.

4.16 Iis qui SANO sunt corpore, periculosus est elleborus: conuulsionem enim inducit.

6.51 Quibus SANIS dolores in capite repente fiunt, & statim obmutescunt, & stertunt, moriuntur in septem diebus, nisi febris eos apprehenderit.

SATIETAS. L. REPLETIO.

2.4 Non SATIETAS, non fames neque aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

quicquam bonum (est) quod naturam excesserit.

SECVNDAE.

5.49 VT SECVNDAE *excidant, sternutatorio apposito apprehende nares & os.*

SEDIMENTA. L. SVBSIDENTIAE.

SEMET.

1.17 *Et quibus* SEMET *(dare cibum oporteat) aut bis & plura ne an pauciora & particulatim, (considerandum). dandum uero aliquid & consuetudini et tempori & regioni & ætati.*

SENES.

1.13 SENES *facillime ieiunium tolerant, secundo loco ætate florentes, minime adolescentes, omnium uero minime puerulí: sed ex iis ipsis quicunque cæteris promptiores fuerint.*

1.14 SENIBVS *uero parum caloris (inest): propterea paucis alimentis indigent, a multis enim extinguitur. ob eam rem etiam febres* SENIBVS *nō similiter acutæ accidunt: frigidum enim (est eorum) corpus.*

2.39 SENES *magna ex parte minus quàm iuuenes ægrotant: quicunque autem ipsis longe morbi acciderint, sæpe (eos) ad mortem comitantur.*

2.40 *Raucitates & grauedines ualde senibus non concoquuntur.*

3.12 SENIORIBVS *uero (accidunt) catarrhi, breui interimentes.*

3.31 SENIBVS *antea (accidunt) spirandi difficultates, catarrhi tußiculosi, stranguriæ, dysuriæ,*

articu-

articulorũ & renis dolores, uertigines, apoplexiæ, mali habitus(corporis), pruritus totius corporis, uigiliæ, alui & oculorum et narium humiditates, oculorũ etiam hebetudines & glaucedines, & auditus graues.

7.42 Si SENIORIBVS qui immodice purgantur, singultus superuenerit, non bonum.

SEPTVM TRANSVERSVM.

4.18 Dolores supra SEPTVM TRANSVERSVM quicunque purgatione egent, medicamento per superiora purgante opus esse significant; qui uero infra, per inferiora.

6.18 SEPTVM TRANSVERSVM discissum, letale.

7.54 Quibus inter SEPTVM TRANSVERSVM & uentrem phlegma residet & dolorem dat, ut pote quod exitum non habeat ne ad alterum quidem uentrem, ijs per uenas ad uesicam uerso phlegmate, solutio fit morbi.

SERIO.

6.53 Deliria quæ cum risu fiunt, tutiora; quæ uero SERIO, periculosiora,

SICCITAS. L. HYEMS, VER, AESTAS, AVTVMNVS.

7.3 In SICCITATIBVS febres acutæ fiunt & si quidem maiori ex parte annus talis extiterit, qualem fecit constitutionem, ut plurimum etiam tales morbos expectare oportet.

3.15 Inter anni cõstitutionẽ in summa SICCITATES imbribus sunt salubriores & minus letales

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

3.16 In SICCITATIBVS *autem (fiunt morbi) tabidi, ophthalmiæ, arthritides, ſtranguriæ & dyſenteriæ.*

SINGVLTVS.

5.3 Sanguine *multo fluente, conuulſio aut* SINGVLTVS *ſi ſucceſſerit, malum.*

5.4 *Poſt immodicam purgationem, conuulſio, aut* SINGVLTVS *ſi ſucceſſerit, malum.*

5.58 *Si uero hepar inflammatione laborat,* SINGVLTVS *ſuccedit.*

6.13 SINGVLTIENTI *ſi ſternutamenta ſucceſſerint, ſoluunt* SINGVLTVM.

6.39 *Conuulſio fit uel a repletione, uel ab inanitione: ſic uero etiam* SINGVLTVS.

7.3 *Poſt uomitum,* SINGVLTVS *& oculi rubri, malum.*

7.10 *Poſt ileon,* SINGVLTVS, *malum.*

7.17 *Poſt inflammationem hepatis,* SINGVLTVS, *malum.*

7.41 *Si ſenioribus, qui immodice purgantur,* SINGVLTVS *ſuperuenerit, non bonum.*

SITIBVNDVS. SITICVLOSVS.

5.64 SITIBVNDIS *(lac dare malũ eſt) &c.*

4.54 *Quibus diu (durant) tuſſes ſiccæ breui irritantes in febribus ardentibus, (ii) non admodum* SITICVLOSI *exiſtunt.*

SITIO.

4.19 *Qui in medicamentorum potionibus non* SITIVNT, *dum purgantur, (ij) nõ ceſſant, priuſquàm*

SITIVERINT.

SOLVO.

2.42 SOLVERE *apoplexiam uehementem, impoßibile est; debilem uero non facile.*

SOMNVS.

2.1 *In quocunque morbo* SOMNVS *laborem infert, letale; si uero* SOMNVS *iuuat, non letale.*

2.2 *Vbi desipientiam* SOMNVS *sedauerit, bonum.*

2.3 *Si uterque* SOMNVS *& uigilia immodice eueniant, malum.*

7.67 L. ELLEBORVS.

4.41 *Sudor multus ex* SOMNO *sine ulla alia causa eueniens, corpus uti pluri cibo significat: si uero cibum non capienti id accidat, euacuatione egere significat.*

4.67 *In febribus ex* SOMNO *pauores, uel conuulsiones, malum.*

SPASMVS. L. CONVVLSIO.

SPES.

4.74 *Quibus* SPES *est ad articulos fore abscessum, liberat ab abscessu urina quæ multa & crassa & alba exeat, qualis in laboriosis febribus quarto die aliquibus exire incipit: si uero & ex naribus sanguis fluxerit, etiam breui admodum liberatur (ægrotus).*

SPINA. L. NEPHRITICVS.

7.36 Dolores circa SPINAE *musculos. &c.*

SPIRITVS. SPIRATIO.

4.50 *Vbi in febre non intermittente* SPIRITVS *difficultas acciderit, & desipientia, letale (est).*

4.68 *In febribus* SPIRITVS *subsistens, malum: conuulsionem enim significat.*

SPVMA. SPVMOSVS.

2.43 *Qui strangulantur & resoluuntur, non dum tamen mortui sunt, non redeunt ad uitam, quibus* SPVMA *circa os fuerit.*

5.13 *Qui sanguinem* SPVMOSVM *expuunt; ijs ex pulmone talis reiectio fit.*

7.30 *Quibus* SPVMOSA *excrementa in diarrhœis (sunt), ijs a capite phlegma defluit.*

SPVTVM.

2.12 *In pleuriticis* SPVTVM *si statim appareat, incipiente (morbo), (morbum ipsum) breuem facit: si uero post, appareat, producit &c.*

5.11 *Iis quibus a phthisibus uexantur si* SPVTVM *quod extußierint grauiter oleat super carbones infusum, & capilli a capite fluant, letale.*

7.15 *Post sanguinis* SPVTVM, *puris* SPVTVM, *malum.*

7.16 *Post puris* SPVTVM *phthisis & fluxus; cum uero* SPVTVM *retinetur moriuntur.*

5.62 STERILES *mulieres.*

5.63 STERILES *uiri.*

STERNVTAMENTVM.

6.13 *Singultienti* STERNVTAMENTA *si successerint, soluunt singultum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

7.51 STERNVTAMENTVM *fit ex capite, excalfacto cerebro, aut humectata parte in capite uacua; sustollitur enim extra aer, qui intus continetur: & sonitum edit, quòd per angustum ipsi exitus sit.*

6.51 STERTO. I. MVTVS.

STILLICIDIVM VRINAE. I. STRANGVRIA.

STANGVLARI.

2.43 *Qui* STRANGVLANTVR *& resoluuntur, non dum tamen mortui sunt non redeunt ad uitam quibus in ore spuma fuerit.*

4.34 *Si febricitanti, tumor non existente in faucibus,* STRANGVLATIO *subito accidat, letale.*

STRANGVRIA. I. *stillicidium urinæ.*

5.58 *Recto intestino & utero inflammatione affectis & renibus purulentis,* STRANGVRIA *succedit, hepati uero inflammatione laboranti, singultus succedit.*

6.44 *Quibus post* STRANGVRIAM *ileos succedit, in septem diebus moriuntur, nisi febre subsecuta, satis urina fluxerit.*

7.48 STRANGVRIAM *& dysuriam uini potio et sanguinis mißio soluunt: incidere autem (oportet uenas in cruribus) internas.*

STVPOR.

7.14 *Post ictum capitis,* STVPOR *aut desipientia, malum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.79 Quibus in urina arenosæ sunt SVBSIDENTIAE, ijs uesica calculo laborat.

7.31 Quibus febricitantibus in urinis SVBSIDENTIAE ueluti farinæ craßiores exeunt, longum morbum significant.

7.32 Quibus uero biliosæ SVBSIDENTIAE (nunc sunt) quæ antea (fuerunt) tenues, acutam ægritudinem significant.

7.35 Quibus (in urinis est) insidentia & conferta, ijs nephritica & acuta significat.

SVDOR.

2.12 Item urinæ, & (alui) excrementa, & SVDORES si superuenerint, indicant morbos & difficiles iudicatu & faciles, & breues & longos.

3.6 Quando æstas fuerit ueri similis SVDORES in febribus expectare oportet.

4.36 SVDORES febricitantibus si inceperint boni, die tertio & quinto septimo & nono & undecimo & quartodecimo & decimoseptimo & duodecimo & uigesimoseptimo & trigesimoprimo & 34. hi enim sudores morbum iudicant: qui uero non ita eueniunt, laborem significant & longitudinem morbi & recidiuam.

4.37 Frigidi SVDORES si cum acuta febre eueniant, mortem significant; cum mitiore uero, morbi longitudinem.

4.38 Et ubi SVDOR in corpore inest, ibi morbum nunciat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.41 SVDOR multus ex somno sine ulla alia causa eueniens, corpus uti pluri cibo significat: si uero cibum non capienti id accidat, cum euacuatione egere significat.

4.42 SVDOR multus frigidus uel calidus semper fluens frigidus longiorem, calidus breuiorem morbum significat,

7.4 Post SVDOREM horror, non bonum.

7.61 SVDOR multus calidus aut frigidus semper fluens significat habere humoris copiam. deducere ergo oportet robusto quidem per superiora, imbecillo autem per inferiora.

SVPPVRATIO. L. EMPYEMA.

SVPPVRO. L. EMPYI.

5.10 Qui anginam effugiunt, ad pulmonem ijs (malum) uertitur, & intra septem dies moriuntur: si uero hos (dies) effugerint, SVPPVRANTVR.

5.47 Si uterus in ea parte qua coxæ adiacet, SVPPVRATVS fuerit, necesse est emmoton fieri.

6.41 Quibus SVPPVRATIO aliqua in corpore existens non apparet, ijs propter craßitudinem puris uel loci non apparet.

7.20 Post erysipelas putredo aut SVPPVRATIO, malum.

7.22 Post longum uentris dolorem (fit) SVPPVRATIO.

7.38 Catarrhi in uentrem superiorem, SVPPVRANTVR in uiginti diebus.

7.44 Qui SVPPVRATI uruntur aut secan

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

tur, si pus quidem purum fluxerit & album, euadunt si uero subcruentum, & fæculentum & fœtidum, moriuntur.

7.45 Qui hepate SVPPVRATO uruntur aut secantur, si pus quidem purum fluxerit & album, euadunt, in tunica enim ijs pus continetur; si uero ueluti amurca fluxerit, moriuntur.

SVRDITAS.

4.28 Quibus biliosæ deiectiones (sunt), ijs SVRDITATE superueniente desinunt: & quibus SVRDITAS (est), ijs biliosis deiectionibus superuenientibus desinit.

4.60 Quibus in febribus aures obsurduerint, ijs si sanguis e naribus fluxerit, aut aluus deturbata fuerit, morbum soluit.

SVSPIRIVM. L. RESPIRATIO.

5.9 TABES. L. PHTHISIS.

TABIDVS. L. PHTHISICVS.

TEMPERATVS.

2.37 TEMPERATA corpora habentes, medicamentis ut purgentur, sunt difficiles.

TEMPVS.

3.4 In TEMPORIBVS quando eodem die modo calor modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

3.8 In moderatis TEMPORIBVS cum tempestiua tempestiue fiunt, morbi stabiles & boni iudicij fiunt, in immoderatis autem instabiles & mali iudicii.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

3.11 Inter anni TEMPORA siquidem hyems sicca & borealis euenerit, uer autem pluuium & australe, necesse est æstate febres acutas & ophthalmias & dysenterias fieri, præsertim mulieribus & uires natura humidis.

TENESMVS.

7.27 Mulieri grauidæ si TENESMVS acciderit, eam abortire facit.

TENVIS. L. GRACILIS.

TERTIVS.

4.43 Febres quæ non intermittunt, TERTIO quoque die si fortiores fiunt, periculosæ; quoquo autem modo intermiserint, sine periculo esse significant.

TERTIANA.

4.59 TERTIANA exquisita in septem circuitibus, cum longissime, iudicatur.

4.67 In febribus ex somno TIMORES aut conuulsiones malum.

TIMOR.

6.23 Si TIMOR & mœstitia longo tempore perseuerent, melancholicum tale (est).

TORMINA.

4.11 Quibus (sunt) TORMINA & circa umbilicum dolores, & lumborum angor, qui non soluatur neque a medicamento purgante neque aliter, (iis) in hydropem siccam firmatur.

TREMOR.

6.26 Quibus in (febribus) ardentibus TREMORES fiunt, iis delirium succedit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.44 *Quibus febres longæ, iis aut* TVBERCVLA, *aut circa articulos dolores fiunt.*

4.45 *Quibus* TVBERCVLA *aut circa articulos dolores ex longis febribus fiunt, ii cibis pluribus utuntur.*

4.82 *Quibus in urinaria fistula* TVBERCVLVM *fit, iis suppuratione facta & eruptione (mali fit) solutio.*

7.8 *Post* TVBERCVLI *interruptionem exolutio, uomitus, & animi dectus, eueniunt.*

7.57 *Quibus in urinaria fistula* TVBERCVLA *fiunt, iis suppuratione facta & eruptione, soluitur dolor.*

TVMOR.

5.25 *In articulis* TVMORES *& dolores sine ulcere etiam podagricos & conuulsiones, horum plurimos frigida multa superfusa liberatq; & eminuit & dolorem soluit. stupor nanque mediocris dolorem soluit.*

5.65 *Quibus* TVMORES *in ulceribus apparent, non admodum conuelluntur, neque insaniunt; iis autem repente euanescentibus quibus à tergo (sunt ulcera) conuulsiones & distentiones (accidunt); quibus uero ante, maniæ aut dolores lateris acuti, aut empyesis aut dysenteria, si rubri fuerint tumores.*

5.66 *Si (in) uulneribus prauis & magnis* TVMORES *non appareant, magnum malum (est).*

5.67 *Molles* (TVMORES) *boni, crudi ue*

ro mali.

6.37 Ab angina correpto si TVMOR fit in collo, bonum.

L. ANGINA.

7,49 Ab angina correpto TVMOR & rubor si in pectore superuenerint, bonum: foras enim uertitur morbus.

TVSSIS.

4.54 Quibus TVSSES diu siccæ in ardentibus febribus breui irritantes, (ii) non admodum siticulosi sunt.

6.35 Hydropicis si TVSSIS superuenerit malum.

6.46 Qui gibbi ex asthmate aut TVSSI fiunt ante pubertatem, moriuntur.

7.47 Hydrope laborantem si TVSSIS corripiat, (is) desperatus est.

V|ACVARE. L. EVACVATIO. L. PVRGARE.

2.51 Plurimum & repente VACVARE & replere, aut calefacere, aut infrigidare, aut aliter quomodocunque corpus mouere periculosum (est), & (enim) omne nimium naturæ (est) inimicum. quod uero paulatim (fit) tutum (est), præsertim si quis ex una re in aliam transeat.

VACVATIO.

1.2 Vasorum VACVATIO si qualis oportet fieri fiat &c.

1.3 VACVATIONES quæ ad extremum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ducunt, periculosæ &c.

2.22 *Ex repletione morbos quicunque contigerint, sanat* VACVATIO; *et quicūque ex* VACVATIONE *repletio; item aliorū (oppositorū) oppositio.*

4.41 *Sudor multus ex somno sine ulla alia causa eueniens, corpus uti puri cibo significat: si uero cibum non capienti id accidat, cum* VACVATIONE *egere significat.*

VARICES.

6.21 *Ex melancholia insanientibus si* VARICES *aut hæmorrhoides superuenerint, insaniæ (fit) solutio.*

6.34 *Quibus capilli defluxerunt, iis* VARICES *magni non fiunt; quibus uero capillis defluxis* VARICES *successerint, denuo iis capilli nascuntur.*

VENTER.

1.2 *In perturbationibus* VENTRIS *& uomitibus qui sua sponte eueniunt si qualia purgare oportet, purgantur, confertq; & leuiter ferunt; sin minus contra: sic & uasorum euacuatio, si qualis fieri oportet, fiat, confertq; & bene se habeat; sin minus contra. habere ergo oportet rationem & regionis & temporis & ætatis & morborū, in quibus oportet, aut non.*

1.15 VENTRES *hyeme & uere natura calidißimi & somni longißimi (existunt). in ijs igitur temporibus etiam plura alimenta exhibenda: etenim calorem innatum maiorem habent. pluri itaque alimento indigent: indicio sunt ætates & athletæ.*

6.7 *Dolores & tumores qui in* VENTRE *fiunt sublimes, leuiores sunt, non sublimes autem, ue-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

hementiores.

7.38 Catarrhi in VENTREM superiorem (id est thoracem) suppurantur in diebus uigi ti.

7.22 Post dolorem diuturnum VENTRIS fit suppuratio.

7.26 Post dolorem VENTRIS uehementem, extremarum partium frigiditas, malum.

VENTRICVLVS.

4.65 In febribus circa VENTRICVLVM æstus uehemens & cordis morsus, malum.

6.18 VENTRICVLVS discissus, letale.

VER.

1.15 Ventres hyeme & VERE natura calidißimi & somni longißimi (existunt). &c.

3.6 Quando æstas fuerit VERI similis, sudores in febribus expectare oportet.

3.9 Autũno morbi acutißimi atq; exitiosißimi omnino (fiũt) VER aũt saluberrimũ & minime exitiale.

3.11 Inter anni autem tẽpora siquidẽ hyems sicca et aquilonia fuerit, VER aũt plurimũ et australe, necesse est æstate febres & ophthalmias & dysenterias fieri, præcipue mulieribus & uiris natura humidis.

3.12 Si uero australis hyems & pluuiosa fuerit, VER aũt siccũ et aquiloniũ, mulieres quibus partus ad uer (imminẽt), ex qualibet cã abortiũt: quæcũq; aũt in utero gestauerint, imbecillos & morbosos infantes pariũt, ita ut uel statim intereãt, uel inualidi et morbosi uiuãt: alijs uero dysenteriæ & ophthalmiæ siccæ eueniunt; senioribus aũt catarrhi breui interimẽtes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

3.18 Per anni autem tempora, VERE quidem & prima æstate pueri, & qui eos ætate sequuntur, optime degunt, & ualent maxime; æstate uero & autumno aliquantisper senes; reliquo autem (tempore, uidelicet) hyemis qui medii (sunt) inter has ætates.

3.20 VERE siquidem (accidunt &) maniæ, & melancholiæ, & epilepsiæ & sanguinis fluxus & anginæ & grauedines & raucitates & lepræ & tusses & lichenes & alphi & pustulæ ulcerosæ plurimæ et tubercula & articulorum dolores.

6.55 Podagrici morbi VERE & autumno mouentur ut plurimum.

6.47 Quibus sanguinis mißio aut medicamentum purgans confert, iis VERE conuenit sanguinem mittere aut medicamentum purgans exhibere.

VESICA.

4.77 Quibus in urina crassa, simul exeunt furfures (quidam), iis VESICA scabie laborat.

4.79 Quibus in urina, arenosa (quædam) subsidunt, iis VESICA laborat calculo.

6.6 Renum uitia & quicunque sunt in VESICA dolores, difficulter sanantur senioribus.

6.18 Cui VESICA discissa fuerit, aut cerebrum, aut cor, aut septum transuersum, aut aliquod ex intestinis tenuibus aut uentriculus aut hepar, letale (est).

4.80 Si (quis) mingat sanguinem & grumos, & stranguriam habeat, & dolor incidat ad interfemineum & imum uentrem & pectinem, VESI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

CAM ægrotare significat.

7.63 Quæ per VESICAM excernuntur, inspicere oportet, num (talia sunt) qualia sanis excernuntur. Quæ igitur minime similia iis (sunt), ea morbosiora; quæ uero sanis similiora, (ea) minime morbosa.

7.75 Qualia etiam in excrementis quæ fiunt per VESICAM & per aluum & per carnes, & sicubi aliter a natura corpus excesserit, si parum, paruus morbus fit; si multum, multus; si permultum, id letale (est).

VICTVS.

1.4 Tenuis & exquisitus VICTVS & in longis morbis semper & in acutis ubi non competit, (est) periculosus. & rursus VICTVS qui ad extremam tenuitatem peruenit (est) molestus, etenim repletiones quæ ad extremum deuenerunt, molestæ (sunt).

1.5 In tenui VICTV peccant ægrotantes: quare magis læduntur. quicunque enim error fit, maior fit in tenui quàm in paulo pleniore VICTV. propterea etiam sanis periculosus (est) admodum tenuis & constitutus & exquisitus VICTVS, quod errores grauius ferunt. hac igitur de causa tenuis & exquisitus VICTVS periculosior (est) ut plurimum paulo pleniore.

1.7 Vbi igitur peracutus est morbus, statim summos labores habet, & summe tenuissimo VICTV uti necesse est: ubi uero non, sed licet pleniorem VICTVM adhibere, tantum (a tenui VICTV) declinandum, quanto morbus leuior extremis fuerit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

1.8 Cum uiget morbus, tunc tenuißimo VICTU uti necesse est.

1.9 Conijcere autem oportet num æger ad uigorem morbi (eũ) VICTUM perferat, & an ille prius deficiat, & (eum) VICTUM non perferat, an morbus prius deficiat & hebescat.

1.10 Quibus igitur statim uigor (est), statim tenuiter cibus est dandus; quibus uero postea uigor futurus est, (ijs &) in eo (uigore) & paulo ante eum (cibus) subtrahendus est. antea uero uberior cibus est dandus, ut æger perferre poßit.

1.16 VICTUS humidus omnibus febricitantibus confert, præcipue autem pueris & alijs qui eiusmodi uictu uti consueuerunt.

1.17 Et quibus semel aut bis (sit cibus offerẽdus) & plura ne an pauciora & particulatim, (considerandum): dandum uero aliquid & consuetudini, & tempori, & regioni & ætati.

VIGILIA.

2.3 Somnus, VIGILIA, utraque si immoderata fuerint, malum.

7.18 Post VIGILIAM, conuulsio, aut desipientia, malum.

VIGOR. L. VICTUS.

VINUM.

2.21 Famem VINI potio soluit.

7.48 Stranguriam & dysuriam VINI potio et sanguinis mißio soluunt. incidere uero internas (in cruribus) uenas oportet.

7.56 Anxie-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

7.56 Anxietudinem, oscitationem, horrorem, VINVM æquale æquali (aquæ mixtum epotum, soluit morbum.

VISCERA.

4.66 In febribus acutis conuulsiones & dolores circa VISCERA uehementes, malum.

VITA.

1.1 VITA breuis, ars longa, occasio præceps, experimentũ periculosum, iudiciũ difficile. oportet & aũt non solum (medicum) seipsum præstare ut ea quæ oportet, faciat, sed & ægrum, & aßidentes, & exteriora.

VLCVS.

5.20 VLCERIBVS frigida mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, denigrat, rigores febriles facit, & conuulsiones, & distentiones.

5.65 Quibus tumores in VLCERIBVS apparent, non admodum conuelluntur, neque insaniunt: ijs autem repente euanescentibus quibus a tergo (sunt VLCERA), conuulsiones & distentiones (accidunt), quibus uero ante, maniæ aut dolores lateris acuti, aut empyesis aut dysenteria, si rubri fuerint tumores.

6.4 VLCERA circum circa glabra, maligna (sunt).

6.8 Hydropicis VLCERA quæ in corpore fiũt, non facile sanantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

6.45 VLCERA *quæcunque annua fiunt, aut longiore tempore durant, necesse est os abscedere, & cicatrices cauas fieri.*

7.21 P*ost uehementem pulsum in* VLCERIBVS, *sanguinis (fit) multa eruptio.*

VMBILICVS.

2.35 I*n omnibus morbis partes ad* VMBILICVM *& imum uentrem attinentes craßitudinem habere melius est; multum autem extenuari & contabescere, malum (est): periculosum uero hoc idem & ad purgationes quæ per inferiora fiunt.*

4.11 Q*uibus (insunt) intestinorum dolores & circa* VMBILICVM *labores & lumborum angor, qui non soluatur neque a purgante medicamento neque aliter; (ijs) in hydropem siccam firmatur. (idest tympaniam).*

VOMITVS.

1.2 I*n perturbationibus uentris &* VOMITIBVS *spontaneis, si qualia oportet purgari, purgentur, & confert & facile ferunt; sin minus, contra. sic & uasorum euacuatio, si qualis oportet fieri, fiat, & confert & bene se habent; sin minus, contra: habere igitur oportet rationem & regionis & temporis & ætatis & morborum, in quibus oportet, aut non.*

4.6 G*raciles & ad* VOMITVM *faciles per superiora purgare (oportet), cauentes hyemem.*

4.7 A*d* VOMITVM *autem difficiles & mediocriter carnosos per inferiora purgare, cauentes æ-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

statem.

6.15 Diarrhœa longa laboranti si VOMITVS sua sponte successerit, soluit diarrhœam.

7.3 Post VOMITVM singultus & oculi rubri malum.

7.8 Post tuberculi interni ruptionem exolutio, VOMITVS & animi defectus eueniunt.

7.10 Post ileon VOMITVS aut singultus aut conuulsio aut delirium, malum.

7.37 Quicunque sanguinem VOMVNT, si sine febre, salubrius quidem (est); si uero cum febre, malum. mederi autem (oportet) adstringentibus & refrigerantibus.

7.74 Post sanguinis VOMITVM, tabes & puris per superiora purgatio; post tabem fluxio ex capite, post fluxionem, diarrhœa; post diarrhœam, purgationis per superiora retentio; post retentionem, mors.

VRINA.

1.12 Item VRINAE, & (alui) excrementa, & sudores, si postea appareant; tum iudicatu difficiles & faciles, tum breues & longos morbos (fore) indicant,

4.69 Quibus VRINAE crassæ grumosæ, & paucæ non sine febre existentibus, si multitudo ex ijs aduenerit tenuis, iuuat: præcipue autem tales ab initio exeunt, aut breui sedimen obtinent.

4.70 Quibus in febribus VRINAE perturbatæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

ſunt ueluti iumenti alicuius, ijs capitis dolores uel adſunt uel aderunt.

4.71 Quibus ſeptimo die iudicium fit, ijs nubeculam obtinet VRINA quarto die rubram, & alia (ſigna) ſecundum proportionem.

4.72 Quibus VRINAE tranſparentes & albæ, malæ, præcipue autem ſi in phreniticis apparuerint.

4.73 Quibus hypochondria inflata murmurant lumborum dolore ſuccedente, alui ijs humectantur, niſi flatus erumpant aut VRINAE multitudo adueniat. in febribus autem hæc.

4.74 Quibus ſpes eſt in articulis fore abſceſſum, liberat ab abſceſſu VRINA multa & craſſa & alba quæ exit, ut in laborioſis febribus quarto die nonnullis exire incipit. ſi uero etiam e naribus ſanguis effluxerit, etiam breui admodum liberatur (æger).

4.75 Si (quis) ſanguinem aut pus mingat, renum aut ueſicæ ulcerationem ſignificat.

4.76 Quibus in VRINA craſſa exiſtente caruncul æ exiguæ aut ueluti capilli una exeunt, ijs a renibus excernuntur.

4.77 Quibus in VRINA craſſa exiſtente quædam furfurea ſimul eminguntur, iis ueſica ſcabie laborat.

4.78 Quicunque repente ſanguinem mingunt, iis a renibus uenulæ ruptionem ſignificat.

4.79 Quibus in VRINA, arenoſa ſubſidunt, iis ueſica laborat calculo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

4.80 *Si (quis) ſanguinem mingat & grumos, &* VRINAE *ſtillicidium habeat, & dolor incidat in imum uentrem, et pectinem et interfœmineum, ea quæ circa ueſicam ſunt, laborant.*

4.81 *Si (quis) ſanguinem & pus mingat, & ſquamulas, &* VRINAE *grauis odor fuerit, ueſicæ ulcerationem ſignificat.*

4.82 *Quibus in* VRINARIA *fiſtula tuberculum oritur, iis ſuppurato & erupto, (mali fit) ſolutio.*

4.83 *Mictio noctu ſi fiat multa, exiguam deiectionem ſignificat.*

VRINAE STILLICIDIVM L. STRANGVRIA.

VRINAE DIFFICVLTAS L. DYSVRIA.

7.31 *Quibus febricitantibus in* VRINIS *ſedimenta (ſunt), ueluti craſſæ farinæ, longum morbum ſignificant.*

7.32 *Quibus (in* VRINIS *nunc ſunt) ſedimenta biliosa, (quæ fuerunt) antea tenuia, acutum morbum ſignificant.*

7.33 *Quibus inæquales* VRINAE *exeunt, iis perturbatio uehemens in corpore eſt.*

7.34 *Quibus in* VRINIS *ſuperſtant bullæ, renalem ægritudinem & longam fore ſignificant.*

7.35 *Quibus uero pinguis (in* VRINIS *eſt) inſidentia & conferta, iis renum uitia & acuta ſi-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

gnificant.

7.57 Quibus in VRINARIA fistula tubercula fiunt, iis suppuratione facta & eruptione soluitur dolor.

VTERVS L. MVLIER.

VVLNVS.


4.2 Si VVLNERI conuulsio superuenerit, letale.

5.66 Si in VVLNERIBVS profundis & prauis tumor non appareat, ingens (est) malum.

FINIS.

VENETIIS Apud Balthassarem Cõstantinum, ad signum Diui Georgij. M D L V.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3239/A